

**www.e-rara.ch**

**P. Ovidii Nasonis poetae Sulmonensis fastorum libri VI**

**Ovidius Naso, Publius**

**Basileae, anno 1550, mense Martio**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-133905>

Liber Tertius

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A uero, &c. Ab equorum cursu appellati sunt ipsi ludi Equiria. unde Varro: Equiria, inquit, ab equorum cursu, eo enim die currunt in campo Martio. Et Pompeius: Equiria, ludos quos Marti constituit per equorum cursum, qui in campo Martio exerce-

bantur. Ex uero ergo, quasi ex re ipsa. Permanit nomen Epositum Equiria, quia ab equorum cursu. Quae, Equiria scilicet. Ipse deus, hoc est, Mars. Perspicit in suo campo, quia in campo Martio.

ANTO.

Iure uenis Gradiue, &c. iure ad Equiria descendis à caelo, & ades ludis, qui tibi à Romanis celebrantur, cum & adesse te oporteat mēsi, qui à te nomen accepit, & nunc est Februarius Successurus.

Iure uenis Gradiue, locum tua tempora poscunt, Signatusq; tuo nomine mensis adest. Venimus in portum, libro cum mense peracto: Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

stae, quod graecè γαδάλειον dicitur. uel ut alij dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur: quia corona graminea in re militari maxima honorationis est.

PAVL.

Iure uenis, &c. Ut faciat transitionem ad proximum mensē, qui Marti datus est, iure haec uelut praenuncia sui mensis affuturi fieri asserit. Iure uenis: celebrantur Equiria in honorem tuum, ades, iure ergo uenis. Gradiue. Gradius dicitur est Mars, quia gradatim itur in aciem. Pompeius: Gradius dicitur est Mars, à gradiendo in bella ultro citroq;: siue à uibratione ha-

Tua tempora, hoc est, tuus mensis, poscunt locum. Et adest mensis signatus tuo nomine: adest Martius mensis, qui tibi datus, & à te ita denominatur. Venimus iam in portum peracto: perfecto, expleto. Libro secundo. Cum mense secundo, hoc est, Februarii. Hinc, ex hoc loco: hoc est, ex hoc mense. Nauiget iam mihi linter, nauis. Alia aqua, alia materia. Absoluimus Februarium, iam dicamus Martium. Est transitio sumpta à nauibus. Linter est nauicula fluuiialis. aliàs diximus.

FASTORVM LIBRI SECVNDI FINIS.

P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER TERTIVS.

ANTO.



BELICE, depositis clypeo paulisper & hasta. Duo uult in primis deponi, quae com-mouebantur ab eo qui belli curā suscepit. Is enim sacrarium Martis ingressus, ancylia commouebat, ut Seruius scribit, & deinde hastam simulacri ipsius, dicit, Mars uigila. cuius uibratione Mars Gradiui nomen accepit. quamuis à gradiendo sic dicitur putetur, uel à gramine, unde ortus creditur. quod interpretatur, quia eo-

Musarum, ac Phoebi, non Martis dicitur. Ipse uides, manibus peragi fera bella Mineruae. Huius deae nomine ueteres sapientiam accipiebant, pace & bello uilem, sicut Mercurium ad rationem, Saturnum ad aeternitatem, ad naturam Venerem referiebant. Porphyrio placuit, teste Macrobio, Mineruam esse Solis uirtutem, humanis mentibus prudentiam ministrantē. Quam deam dixerunt non solum artibus praesse, sed bellis. Quare modò Bellona dicitur, modò Minerua, quasi munitas armis, ut Cor-

C

improbari à plerisque, nostrum illud epigramma, quod proximè ad te misimus, Frederice imperatorum excellentissime: Hostis ut Hesperis cedat procul aduena terris, Durū Martis opus, te uocat iste labor. In te omnis Latij spes inclinata recumbit, Fata parant fronti gramina laurigeræ. In eo non diffitemur, placuisse nobis claud rapere ex Herculis manu. Sed ut redeamus ad rem nostram, hunc deum Romani patris appellatione uenerantur, sicut & Liberum, Marspitrem cognominantes, quasi Martem patrem, cui bellorum ac sanguinis cupido gramen herbam consecraverunt, quae ex humano cruore procreatur. Et mense Octobri equum in campo Martio immolabant, qui October appellabatur, autore Festo. Sed si uerū querimus, Mars fidus est, quod (ut inquit Plinius) ignea ardentis solis uicinitate binis ferè annis conuertitur, cuiusq; ardore nimio, & rigore Saturni, interiectus ambobus Iupiter temperatur, & fit admodum salutaris. Inuocatur autem Mars hoc loco, quod ab eo hic mensis denominatus est: cui suadet, suo eius exemplo, & Pal-ladis, ut arma deponat, & adsit scribenti. Poetae: qui sacerdos



BELICE, depositis clypeo paulisper & hasta, Mars ades, & nitidas casside solue comas. Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poetae: A te qui canitur, nomina mensis habet. Ipse uides, manibus peragi fera bella Mineruae: Non minus ingenuis artibus illa uacat.

nificio uisum est: modò Pallas, ab hasta uibratione. unde oleaginis coronis ministri triūphantium utebantur. Licet Festus sic didā scribat, quod Pallantem gigantem interfecerit. Eam Cicero belli inuētricem fuisse tradit. Et Pausanias ex carmine Homeri putat, unā cum Enyo dea praesse bellis, & ea

curare. Sunt qui Mineruam à minuendo didā arbitrantur. Alij, quod bene moneat. Mineruae quinq; à Cicerone ponuntur, quarum quae ex Iouis capite nata est, lanificium & texturam inuenit. Sed de hac alibi latius.

Bellice, depositis, &c. Ordinem mensium per Romulum, & postea per Numam primo libro exposuimus, multaq; in secundo. Venimus nunc ad tertium & librum & mensē, quem primum Romulus instituit. Omisissis Poetae rationibus, de quibus inferius dicitur, Macrobius non praeteremus, qui Romuli ordinationem referens, Primum, inquit, anni mensē Marti genitori suo dicit. Huius die prima ignem nouum Vestae aris accendebant, & in regia, & curijs, & in flaminum domibus laurae ueteres nouis mutabantur. Eodem mense ad Annam perennem sacrificatum itur: ut annare, perennare commodè liceat. Mercedes

PAVL

H

**A** cedet exoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit; comitia auspicabantur, uel alia locabant, & seruis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus: illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exoluerent, & reliqua. Aggrediens ergo mensem hunc Poeta, Martis opem implorat, & adesse cupit, dum mensis sibi dedicati sacra referuntur. Mars bellicæ: quia armipotens, & bellorum deus. Sed cur Mars, superiore libro diximus. Ades: pro adsis, & fructus. Depositis, deorsum positus. Paulisper clypeo & hasta, armis tuis. Clypeo, scuto ad defensionem. Hasta, ad offensionem. Et solue comis nitidas, crines nitentes. Caside, galea, quasi solue galeam à capite flauo, & eam depone. Forsitan ipse roges, &c. Si forte rogas, quid sit mihi cum Marte agendum, non abest ratio: quoniam mensis, qui à te denominatus est, scribendus est à me. Forsitan, fortè. Roges, pro interroges. Quid sit poetæ cum Marte: quæ res mihi cum Marte sit communis, maximè cum

poetæ soleant Phœbum & Musas inuocare. Mensis qui cœnatur, habet à te nomina: quia uocatur Martius, à Marte denominatus. Ipse uides, & c. Arguitur ab exemplo Palladis, quæ & bellis præest, & tamè ingenijs fauet. Armis præesse dicitur, quod è uertice Iouis armata profilierit. ut inferius: An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo profilisse suo. Cicero in libro de Natura deorum, belli inuentricæ & priuscipem fuisse dicit. Appellata est Minerua, à minando, uel à minuendo, ut eisdem Cicero placet. Dicta; est Pallàs, uel quod Pallàs ab ea interemptus sit: uel à πάλλα, quod est uibro, quod hasta uibrare consueuerit. De hac multa superiore anno in Odyssæa. Inquit ergo Poeta, \* Ipse uides. ) Responso: Ideo à te peto explicationem, quia mensis à te habet nomen. \* Ipse uides, tu ipse testis es. Mineruæ manibus peragi fera bella: cum bellis præsit, ut apud Homerum, apud Flaccum legitur, Cum in aciem descendebat. Non minus fauet illa artibus ingenijs: artibus liberalibus, scientijs, quæ ingeniu, hoc est, liberu hominè faciunt.

**TO.** Romana sacerdos, I

**B** Mars compressit, ut dictum est. Hæc Numitoris filia, ac Remi & Romuli mater, ab alijs Iliæ, ab alijs Rhea, ab alijs Syluia appellatur, ut scribit Plutarchus.

Semina magna, quanta requirebat urbs futura totius orbis terrarum caput. Quid enim uetat inde moueri, Breuis est

narratio, quantum ad eius spectat initium, si incipimus inde rem exponere, unde oportet. Nam uitiosum est, à nimis remoto principio narrationem ordiri. Horat. Nec gemino bellu Troianum orditur ab ovo. Meminisse iam debemus, quod Quinilianus docet, fatius esse narrationi superesse aliquid, quàm deesse. Narrat ergo Mariem concubuisse cum Iliæ, ex qua Romulus natus, primum anni sui mensem à Marte patre Martium nominauit. Alij ex alijs natum Romulum uolunt. Lege Dionysium & Plutarchum, à quibus uaria referuntur: inter quæ dixisse nonnullos, Iliam ab Amulio fuisse compressam. Sacra lauaturas: quia erat uirgo Vestalis. Sanè à lauo lautum ac lotum dicimus, & lauatum. Fictilis urna, uas quo aquam haurimus, ab orinando dictum, ut Varroni placet. Bst enim orinare (ut idem inquit) in aquam mergi. Quidam o literam uertentes, urinare dicunt.

**AVL.** Palladis exemplo, & c. Sume ergo tibi ocium ab armis, sicut & Pallas. Sume tempora, accipe ocium. Ponendæ cuspidis: disponendi teli acuti, deponendorum armorum. Exemplo Palladis, sicut Pallas ipsa solet. Inuenies & quid agas, agere possis. Inermis, etiam cum arma deposueris. Tunc quoq; & c. Arguerat ab exemplo Palladis, nunc ab exemplo suspirius, quod inermis fuerat, cum matrem conditoris urbis grauem reddidit, de quo mox dicemus. Tu quoq; eras inermis, sine armis eo tempore. Cum Romana sacerdos, Rhea sacerdos Vestalis.

Cepit te, amore scilicet. nam eam amasti, & illa concepit exte. Ut dares magna semina, quasi magna principia. Huic urbi, Romana scilicet. Syluia Vestalis, & c. \* Narratio. \* Scripturus mensem, qui à Romulo Marti patri dicatus est, ab ipsa Romuli conceptione rem exorditur, ob quod de Romulo pauca dicenda sunt. Romulus (ut Plutarchus refert) alijs Aeneæ filium & Dexiþeæ Phorbantis gnate fuisse existimant, illumq; cum fratre Remo paruulos admodum in Italiam delatos fuisse: alueum fluminis ingressos, amissis nauibus, in ripam incolumes

Palladis exemplo ponendæ tempora fume  
Cuspidis, inuenies & quod inermis agas.  
Tunc quoq; inermis eras, cum te Romana sacerdos  
Cepit, ut huic urbi semina magna dares.  
Syluia Vestalis (quid enim uetat inde moueri:)  
Sacra lauaturas manè petebat aquas.  
Ventum erat ad mollem decliu tramite ripam,  
Ponitur è summa fictilis urna coma.  
Fessa resedit humi, uentisq; accepit aperto  
Pectore, turbatas restituitq; comas.

euasisse. Alij è Roma genitum Romulum ferunt, Troadis illius filia, quæ Latino Telemacho nupsit. Alij ex Aemilia præclara Aeneæ & Lavinia prole, à Marte cõpreßa. Sed post alia multa probabiliorem idem sententiam affert. Cum Albanorum regni, priuato è regia maiestati Numitore, Amulius occuparet, ueritus ne ex

Numitoris filia proles nasceretur, quæ Iliæ, ab aliquibus tamen Rhea dicta est, illam Vestæ deuouit, cum in adulterio deprehensam præter Vestalium conditionem obseruari iussit. Autho tamen Amulij filia, ne quid mali Iliæ, quam amabat, eueniret, non cessabat parentem obsecrare, ne uellet in Syluiam seure. Edidit tandem infantes duos, quos Amulius exponi iussit, ut superiore libro diximus. Et paulo post subdit: Sunt qui illam dicant ab Amulio, cum se obuiam in armis uirgini dedisset, impudenter fuisse compressam. Dionysius autem rem etiam ita asserit extitisse: Amulium Numitoris filiu Egestum latenter in insidijs obtinuisse, Syluiam iam nubilem Vestæ designasse: cui quarto deinde anno cum in sacrum lucum Martis, aquæ ferendæ gratia, ad sacrorum usus. Vim quidam intulit, quem nonnulli unum è procis suis fuisse dixere, puellæ amore captum. Alij Amulium ipsum fuisse dicunt armatu, non cupiditatis causa magis, quàm insidiarum. Armatum, ut stupendus conspiceretur, & cognitionem incertam relinqueret. Plurimi fabulantur, genij fuisse imaginem, cuius erat locus, adhibentem casui solis obscuracionem subitam, & caliginem in acre aspectus imaginis longè admirabilior humano: dixisseq; puellæ aiunt deo concubuisse, pariturãq; geminos, hominum longè clarissimos uirtute & rebus bellicis. At posteaquam grauida cognita est, seruata est, ut superius diximus. De his omnibus ita in natali dictum: Inde per insidias truncat Numitore creatum Egestum in syluis, quo fratri nulla uirilis sit soboles. tantum seruabat filia sedes Syluia, & hanc Vestæ curanda in sacra relegat. Hæc quoq; suo proco, genio ue, aut ni mine diuim, Aut ipse insignis præisset Amulius armis, Sacra lauaturas dum manè incedit ad undas, Et uiridi consedit humo, correptaq; somno Fit grauida, obscura tegitur caligine tellus. Solq; fidem fecit rutilo mutatus amictu, Concepisse deo: sed quo conceperat orbi, incertum est. Syluia ergo Vestalis, Vestæ sacerdos. Postea facit Paribesi in Poeta. Quid enim uetat, quid prohibet.

**A** pr' ibet. Moueri inde, quasi ab ipsa incipere. Mane. Vn de manè dicatur, aliàs diximus. Petebat aquas, ibat pro aquis.

Lauaturas sacra, pannos, quorū erat in sacris usus, aut quæ cunq; sacra. Lauaturas, loturas. nam aut lautum aut lotum dicimus. Ventum erat, ab ipsa Ilia. Ad mollem ripam: mollem, quia non duram, quasi herbosam. Vel mollem, suauem: quia suaves in ea carpsit somnos. Decliuā iramitei: uia decliuī, qua ex ripa ad aquas descendebat. Vrna fīcūlis, è creta fīcū à si-

**ANTO.**

Surrepsit, clanculum unnit. à surrepo. nam si à surripio effret, surripui præteritum diceretur.

Mars uidet hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita. Climax est, color rhetoricus, qui à Latīnis Gradatio dicitur: habetq; aptiorē artem, ac ferè nimis affectatam, idcoq; esse rarior debet.

**B**

Is est, cum antiè ad consequens uerbum descenditur, quàm ad superius ascensum est. Diuina furta f. fellit ope: compositū illam dormientē, efficitq; ui nominis, ut illa nihil sentiret. Arbore nixa: quia languor coegit, ut arbori incumbere. Quod imagine somni uidimus. Macro-

bis omnium que uidere sibi dormientes uidentur, quinq; species ponit, & nomina, somnium, uisionem, oraculum, in omnium, & phantasmata quibus somnium proprie uocat, quod hoc loco narratur à Syllia, tegens uidelicet figuris, & ambagibus uelans non nisi interpretatione intelligendam significationem rei que demonstratur. Decidit uitta: significans amissam uirginitatem. Erat enim uitta pudoris, insigne. Ouidius alibi: Hæc procul uitta tenues, insigne pudoris. Idem: Summouimus omnes, Quis stola contingi, sumptaq; uitta negat. Tibullus: Sit modò casta doce, quamuis non uitta ligatos Impediat crines. Inde due pariter, & c. E' uitta delapsa, id est, ex amissa uirginitate due palme surrexerunt, hoc est, nati sunt Remus ac Romulus. Grauius ramis. Hi sunt Romani, imperium Oceano, famam astris terminaturi.

**PAVL.**

Dum sedet, & c. Omnia sunt dulces hæc inuitantia somnos, Aura, umbra, & cantus, leneq; murmur aque. Dum ergo sedet, Ilia. Umbrosæ salices, que erant circa ripam fluminis.

Et canore uolucres, canctes auicula. Et leue, suauē, quia gratum. Murmur aque, strepitus fluentis aque. Vnde illud Horatij: Fontesq; riuus obstrepunt manantibus, Somnos quod inuitet leues. Hæc ergo Fecerunt somnos, incussere soporē Ilie.

Blanda quies, & c. Inuitantibus tot ad somnum, uicta & sopore est, cæpit dormire innixa dextra: sed etiam dextra, alius dormiente illa lapsa est à mento. Quies blanda: & uerè blanda, quia nullo discrimine blanditur omnibus. Furtim, occultè & paulatim. Surrepsit uictis ocellis. Translatione à reptilibus. quasi repsit in ocellos uictos ipso somno. Et manus facta

**D** languida, quasi deficiens, seu torpens sopore. Cadit à mento, ipsius. Ut honestius rem explicaret, manum cecidisse à mento inquit, nam collapsa manu, se dormiens strauit, & ita ad rem facta est paratior, & amatori tradita maior opportunitas. Mars

gulis. Vrna, uis ad hauriendum aquam, de quo supra diximus. B

Ponitur, deponitur. E' summa coma, è capitis summitate. Etiam cum capite ferebant onera, quemadmodum & nunc in Latio. Fessa, Ilia. Refedit, requieuit humo. Et accepit uentos peñore aperto, nudo. Et restituit, quasi recomposuit.

Comas turbatas, ab urna. Refedit igitur & fessa, & flauis compositura comas.

Dum sedet, umbrosæ salices, uolucresq; canoræ

Fecerunt somnos, & leue murmur aquæ.

Blanda quies furtim blandis surrepsit ocellis,

Et cadit à mento languida facta manus.

Mars uidet hanc, uisamq; cupit, potiturq; cupita,

Et sua diuina furta fefellit ope.

Somnus abit, iacet ipsa grauis, iam scilicet intra

Viscera Romanæ conditor urbis erat.

Languida confurgit, nec scit cur languida surgat,

Et peragit tales arbore nixa sonos:

Vtile sit, faustumq; precor, quod imagine somni

Vidimus, an somno clarius illud erat?

Ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis

Decidit ante sacros linea uitta focos.

Inde due pariter (uisu mirabile) palmæ

Surgunt, ex illis altera maior erat:

Et grauius ramis totum protexerat orbem,

Contigeratq; sua sidera summa coma.

uidet, & c. Visa est hæc dormiens à Marte, & in eo sopore compressa. Exornatioq; est hic locutionis, que Gradatio dicitur, qua non antiè ad consequens uerbum descenditur, quàm ad superius ascensum est, ut hic.

Mars uidet hanc, Iliam. Et cupit uisam, quam uidit. Et potitur cupita, Ilia quam cupiuit. Et fefellit sua furta, decepit stuprum suum, hoc est, ipsam stupratam uirginē. Ope diuina. Diuina potentia decepta est illa: nam nihil sentiens grauida est effecta. Somnus abit, & c. Expergefada à somno grauior uidebatur: conceperat iam Ro-

mulum, futurum urbis urbium reginæ conditorem. Somnus abit, ergo expergefada est. Iacet ipsa grauis: non enim poterat & torpore somni, & grauitate concepti tam citò surgere.

Iam scilicet, certè. Erat intra uiscera conditor urbis, Romulus, qui urbem conditurus erat toti orbi dominaturā. Languida confurgit, & c. Surrexit tandem Ilia, sed languida, quia iam erat grauida: attamen ignorabat ipsa, unde arbori innixa cepit, quod per quietem uiderat secum repetere. Confurgit, G

Ilia. Languida, torpens & pigra. Nescit, ipsa. Cur surgat languida, torpens: nescit se esse grauidam. Et peragit tales sonos, talia uerba. Innixa arbore. uix poterat se tenere pedibus, ergo arbori innixa est. Vtile sit, & c. Faustum optat, quod per quietem uidit, & uisui & felicitati succedere. Precor, inquit, sit uile & faustum, felix. Quod uidimus imagine somni, per quietem. Neq; enim aliud est ipsa per somnum uisio, quàm inanis quedam imago. An erat illud clarius: lucis dius, apertius somno: esset ne illud uerum, quod uisa sum uidere?

Ignibus Iliacis, & c. Nunc ipsa aggreditur per quietem uisa, que quidem omnia aliquid portendunt mysterij, ut declarabimus.

Aderam, inquit, quasi adesse uidebar. Ignibus Iliacis, igni Vestali, exilio aduecto. Etia & ipsa una erat è Vestalium ignem seruantibus. Sed de igne hoc suo loco disputabitur. Cum linea uitta. Vitta pannus erat tenuis, quo sacerdotēs utebantur. Cum uitta lapsa capillis, è capite meo. Decidit ante sacros focos, ante sacrum locum ignis Vestalis, uel ante ipsos Vestales ignes.

Quid aliud portendit lapsa uitta, que pudoris insigne est, quàm uirginitatem ipsius Ilie iam etiam collapsam? & ad aram magis ire non poterat. Inde, ab ipsa uitta ergo, ab ipsa uirginitate raptā. Surgunt pariter due palmæ. hoc portendebat nascituros gemellos. Palma autem arbor uictoriæ dedicata. ita &

qui ab his palmis nascerentur, uictores erant orbis futuri. Mirabile

**A**rabile diu, mirabile dum dicitur. Altera, palma scilicet. Ex illis, duabus. Erat maior, hęc portendebat Romulum. Et grauibus ramis, &c. Palmę illę ramis totum orbem obumbrauerant, comis sidera attingentes. Hoc nihil aliud significare iult, nisi progeniem Romanam toti terrarū orbi dominaturam, terminaturamq; cęlo famam. iuxta illud Virgil. de Cęs. Impę

rium Oceano, famam qui terminet astris. Et protexerat, illa maior palma. Ramis grauibus, progenie fecunda. Totum orbem & contingunt, rami ipsi, aut ipsę palme. Summa sidera, sua coma, suā summitate. Vel ad famam referas, ut diximus, uel quod eorum alter referatur in deos.

**TO:** Ecce meus ferrum,

&c. Amulius palmas ferro parat subuertere, dum Romulum ac Remum iubet exponi ut pereant. Martia picus auis, &c. Latini picum uenerabatur, autore Plutarcho, et eo abstinebat: uel quod eum uxoris ueneficio in auę mutatum putabat oracula edere, & interrogantibus respōdere: uel quod ad Romulum ac Remum expositos non solum lupam, sed picū quoq; accessisse credebant, ac pueros aluisse. Vnde pro gemino stipite dicitur hoc loco pugnare, uel quod eam auem Marti sacram existimant, ut etiam autor est Strabo, quę unci ungibus est, & natura fidens & elata, rostroq; aded firmo, ut robora subuertat, cum truncum sepe pulsando ad medullam usq; perueniat. Eadem in auspicijs magna est, teste Plinio, diciturq; picus Martius, a quo Picene regioni nomen inditum est: quia cum Sabini Asculum proficiscerentur, in uexillo eorum dicitur consedissee. Seruius scribit, Pomonam pomorum deam a masse Picum regem, cuius est sortita coniugium. Sed eum Circe cum amaret, & sperneretur, irata in auem Picum Martium uertit. Quod ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit picum, per quem futura noscebat. Dum sua uisa refert: nō alteri, sed sibi ipsi narrat, quę dormiens uiderat. Notandum sanę, Cicero nem, quod phantasma dicitur, uisum appellasse, quod reuera nihil diuinationis apportat, quemadmodum & insomnium, siue enygnion. Restabant nitido, &c. Decem menses abisse significat, cum ē duodecim signis zodiaci duo tantum ad implendum annum Soli percurrenda restarent. Subijt cineres, quia Vesta nihil aliud est quā flamma, ut aliquibus placet. Ideo flammam dicit sese in cineres subtraxisse, ne a sacerdote corrupta cerneretur. Contemptor Amulius æqui, iniustus. Ipse alibi: Proximus Ausonii in iustus miles Amuli Rexit oēs. Victori uoti tōpos, propositi effectōr, qui Numitori fratri regnū abstulerat.

**Ecce meus ferrum patruus molitur in illas.**  
**Terreor a monitū, corq; timore pauet.**  
**Martia picus auis gemino pro stipite pugnant,**  
**Et lupa: tuta per hōs utraq; palma fuit.**  
**Dixerat, & plenam non firmis uiribus urnam**  
**Sustulit: implerat dum sua uisa refert.**  
**Interea crescente Remo, crescente Quirino,**  
**Cęlesti tumidus pondere uenter erat.**  
**Quo minus emeritis exiret curlibus annus,**  
**Restabant nitido iam duo signa deo.**  
**Syluia fit mater, Vestę simulacra feruntur**  
**Virgineas oculis opposuisse manus.**  
**Ara deę certę tremuit pariente ministra,**  
**Et subijt cineres territa flamma suos.**  
**Hęc ubi cognouit contemptor Amulius æqui**  
**(Nam raptas fratri uictor habebat opes)**

ratione Latini picum ueneratur, & eo uehementer abstinent. Et inquit: An quidd Picum uxoris ueneficio mutatum fecerunt, auem deinde factū, oracula edere, & interrogantibus respōdere solitum. An hoc cum incredibile, tum monstri plenum existimandum. Et altera fabula multo uerisimilior: Romulo ac Remo, cum regis iussu expositi essent, non modo lupam mammas infantibus præbuisse, sed picum quoq; ad infantē uentitasse, atq; aluisse. Nam nunc quoque locis nemorosis ac syluestribus, in quibus crebrō picus appareat, lupum uersari animaduersum est. An illud magis, ut aliam alij deo auem, sic picum Marti sacrum putauerint. Est enim natura fidens & elatus, atque audax. Rostrium quidem aded firmum habet, ut robora subuertat, cum truncum sepe pulsando ad medullam usq; peruenit, &c. Inquit ergo, Picus, per appositionem, Auis Martia, quia Marti dedicata. Et lupa pugnant pro gemino stipite, pro utroq; trūco palmę, nam illa ubera, hic cibos afferebat. Vtraq; palma: quia uterq; filius. Fuit tuta per hos, picum & lupam.

Dixerat, & plenam, &c. Finem fecerat relationi eorū quam per quietem uiderat. Sed dum loquebatur, urnā impleuit, quam postea sustulit, non tamen bis uiribus, quibus prius solebat, quia debilitata conceptione. Dixerat, hoc scilicet ipsa illa. Et sustulit, sursum tulit. Urnam plenam, uas illud aquarium. Non firmis uiribus, quia iam erat debilior. Implerat, urnam ipsam. Dum refert sua uisa, dum secum uisionem somni referebat. Interea crescente, &c. Dum crescebant infantes, porrigebatur uenter eius, & latente onere interius, tumebat exterius. Interea uenter erat tumidus, tumebat uenter. Crescente Remo, & crescente Quirino, Romulo, qui Quirinus appellatus est, ut superiore libro diximus. Cęlesti pondere, pondere cęlestis seminis: quia cęlestia semina conceperat, nam Marte grauidā effecta est. Quo minus, &c. Erat iam decimus mensis, perfectū tempus humani partus, de quo superius disputauimus, quando Syluia peperit. Et cum uirginitas obseruanda esset a Vestę ministris, pariente illa, cognita est uiolata uirginitas. A quo quidem scelere abhorrentē Vesta, simulacrum eius uisum est oculis manum opponere, & æterni ignis flamma se sub cineres abscondisse. Restabant iam duo signa deo nitido, Soli, qui nitidus orbem radijs illustrat. Duo signa, duo menses. Nam singulis mensibus per singula signa cursum facit, quę sunt duodecim in zodiaco, quibus decursis expletur annus. Restabant ergo duo menses. Quo minus, ut non. Exiret annus emeritis curfibus, H

**AVL:** Ecce meus, &c. Per hoc portenditur expositio Romuli & Remi, quos deici in profluentē iussit Amulius. Ecce patruus meus, hoc est, Amulius. Molitur ferrum, parat arma. In illas, palmas scilicet: quia parat eas incidere. Terreor, extereor. Admonitū, hoc est, recordatione. Sunt tamen qui dicant, iussu ipsius Amulij, qui eas incidi iubet. Et cor pauet, aut miscat, hoc est, tremet. Timore, metu. Martia picus, &c. Portendebat hoc, educādos esse eos a lupa & pico. Vnde Plutarchus in uita Romuli: Auunt lupam quandā, ac uolucrem picum aded summa cum beneuolentia infantibus astitisse, ut & hęc ubera benigne, & ille alimenta plurima cōtulisset. Sed cum eiusmodi animalium generā Marti in prima dedicata sint, & Latini prę cęteris picum colant, non mediocrē mater præbuit fidem, eos præclarā Martis sobolē extitisse. Et Problemate 20: differit, quā

per quietem uiderat. Sed dum loquebatur, urnā impleuit, quam postea sustulit, non tamen bis uiribus, quibus prius solebat, quia debilitata conceptione. Dixerat, hoc scilicet ipsa illa. Et sustulit, sursum tulit. Urnam plenam, uas illud aquarium. Non firmis uiribus, quia iam erat debilior. Implerat, urnam ipsam. Dum refert sua uisa, dum secum uisionem somni referebat. Interea crescente, &c. Dum crescebant infantes, porrigebatur uenter eius, & latente onere interius, tumebat exterius. Interea uenter erat tumidus, tumebat uenter. Crescente Remo, & crescente Quirino, Romulo, qui Quirinus appellatus est, ut superiore libro diximus. Cęlesti pondere, pondere cęlestis seminis: quia cęlestia semina conceperat, nam Marte grauidā effecta est. Quo minus, &c. Erat iam decimus mensis, perfectū tempus humani partus, de quo superius disputauimus, quando Syluia peperit. Et cum uirginitas obseruanda esset a Vestę ministris, pariente illa, cognita est uiolata uirginitas. A quo quidem scelere abhorrentē Vesta, simulacrum eius uisum est oculis manum opponere, & æterni ignis flamma se sub cineres abscondisse. Restabant iam duo signa deo nitido, Soli, qui nitidus orbem radijs illustrat. Duo signa, duo menses. Nam singulis mensibus per singula signa cursum facit, quę sunt duodecim in zodiaco, quibus decursis expletur annus. Restabant ergo duo menses. Quo minus, ut non. Exiret annus emeritis curfibus, H

mensis: H

A mensis. Syluia fit mater nam peperit. Simulacra, effigies aut imagines. Feruntur, dicuntur. Opposuisse oculis uirginis manus, ne scelus inspiceret, ministram scilicet stupratam parere. Tremuit certe ara deae Vestae. Pariente, dum pareret. Ministra, Ilia, quae credita uirgo erat. Et flamma territa, ipsa Vestalis flamma, uelut refugiens scelus. Subijt cineres suos: latuit sub cineribus, ne uideretur iam à corrupta uirgine. Hoc ubi cognouit. Et c. Quae ad rem hanc facerent, diximus superiore libro, cum locus exigebat, in uersu, Syluia Ves-

ANTO.

Lacte ferino, lacte lupae. Cōstat autem lupos esse in tutela Martis, teste Porphyrione. Nec taceam uestras Faustule pauper opes. Si pauperes sunt Faustulus & Laurētia, cur autor eos opulentos uocat? Quia licet Faustulum multi dicant regij pecoris fuisse pastorem, qui Romulum

B

ac Remum infantes Laurentiae uxori educandos dedit, de quo Varro inquit, Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium? coniectare tamen possumus, cum (ut inquit Strabo) fuisse subditum quendam Amulio locupletem, qui acceptos educauit infantes. Vester honos ueniet, cum Laurentalia dicam. Hac festa secundum Varronem Accalia dicebantur, nec non & Laurentalia, ab Acca Laurentia. Sed ut Plutarchus in Quaestionibus tradit, alia est Acca Laurentia, quam ferunt Romuli fuisse nutricem, cuiusque diem festum Romani mense Aprili celebrabant: & alia, quam cognomento Flauiam appellatam, scortum fuisse uulgatissimum tradunt, & deinde euanuisse in uelatro, ubi prior Laurentia sepulta fuerat. Vnde factum existimo, ut utriusque Laurentalia confundantur. Caterum Festus Laurētalia esse inquit coniugij Faustuli inuentio Remi & Romuli, Laurentia festa. Huic sacerdos Martis libabat mense Aprili, ut scribit Plutarchus. Sed & decimo calendis Ianuariis Laurentalia celebrantur, Iouis feriae, ut ait Macrobius, in honorem Laurentia: quae cum esset opulentissima, populum Romanum nuncupauit hanc dem.

C

Vnde solenne sacrificium ei institutum est, quo deus manibus eius per flammam sacrificaretur, Iouique feriae consecratae: quia existimabant animas à Ioue dari, & rursus post mortem eidem restitui. Lege Plutarchum in Romulo, & in Quaestionibus, & Macrobius in primo Saturnaliorum, à quibus & haec, & alia quae ad Laurentalia pertinent, explicantur. Acceptus genij. uel quoniam hyems natura genialis est: ut, Inuitat genialis hyems, uel propter Saturnalia, quae antiquitas celebrat mense Decembri, uno tantum die, hoc est, decimoquarto calendis Ianuarias, mox triduo, deinde diebus septem, è quibus quinq; festi habebantur. Vnde illud est Martialis: Omnia misisti mihi Saturnalibus imber Munera, contulerant quae tibi quinq; dies. Is adiungebantur epulationes, ut autor est Festus. Quam ob causam December genialis, ob uoluptates potuit appellari. Quoties enim uoluptati operam damus, indulgere dicimur genio, teste Seruio. Vnde genialis nomen deducitur. Iuuenalis, Genialis agatur iste dies. Gaudet enim noster genius uoluptate, ad quam natura procliuiores sumus. Quare genalia curare dicitur, qui lautius uiuit, autore Donato. Et genium fraudare dicuntur, qui necessaria & iocunda natura subtrahunt, ter suum defraudantes genium. Est autem

D

genius, ut quidam uolūt, naturalis deus uniuscuiusque loci, uel rei, uel hominis. Nullus enim locus est sine genio, ut placet Seruio, qui per anguem plerumque ostenditur. Persius: Pinget duos angues pueri, sacer est locus. Et nos cum nascimur, duos sortimur ge-

Amne iubet mergi geminos, scelus unda refugit,  
In sicca pueri destituuntur humo.  
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino?  
Et picum expositis saepe tulisse cibos?  
Non ego te tantae nutritrix Laurentia gentis,  
Nectaceam uestras Faustule pauper opes.  
Vester honos ueniet, cum Laurentalia dicam:  
Acceptus genij illa December habet.

stalis caelestia semina partu Ediderat. Romulum & Remum, ex lege sententiam ferens, Amulius iussit in profluentem deici, Iliam necari. licet alij seruatum dixerint precibus Anthus filiae Amulij. Inundauerat tunc Tybris, cuius inundatione cessante, remanserant pueri cum alueo in sicco. Amulius contemptor aequi, & equitatis & iustitiae. Vbi, postquam. Cognouit hoc, Iliam scilicet peperisse. Contemptor aequi. ob hoc maxime, Nam uictor, uoti compos. Habebat opes raptas fratri, Numitori. Et de hoc eodem loco superioris libri diximus.

nios, quorum alter horatatur ad bona, alter deoprauat ad mala. Licet quidam dixerint, ad omnia quidem honesta impelli nos genio & numine quodam familiari nobis nascibus dato. Praua uerò nostra mētē nos cupere, quae sua fronte mouetur: nec fieri posse, ut praua uoluntate numi

num faciamus, quibus nihil malū constat placere. Huic deo frons dicata est, ut auris Memoria, dextra Fidei, genua Misericordia. quem Festus refert deorum filium esse, ac parentem hominum, ex quo homines gignuntur: proptereaque meum genium nominari, quia me genuit. Alij genium appellari deum, qui uim obtinet rerum omnium gerendarum. Sunt & qui geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem, ut autor est idem Festus: haec enim sunt rerum semina. Duodecim quoque signa, & Lunam ac Solem inter haec computabant, quos geniales dixerunt, à gerendo, quia plurimum posse putantur. unde & eos gerulos appellauit.

Iubet mergi amne, in fluuio. Geminos, Romulum & Remum. Vnda refugit scelus. nam cessauit inundatio, ut diximus, & sic illi in sicco remanserunt. Pueri, Romulus & Remus.

Destituuntur, ab ipsa unda. In humo sicca, in tellure sine aqua. Lacte quis. Et c. Hoc etiam superioribus diximus, lupam scilicet illis ubera porrexisset, & picum cibos contulisset. Quis nescit, quasi dicat, omnes scire debent. Infantes, ipsos scilicet, Romulum & Remum. Creuisse, quasi educatos adoleuisse.

Lacte ferino, lacte lupino. Et picum, quae est auis Martia. Saepē tulisse cibos expositis, extra amnem iacentibus. Non ego te, & c. Ut attigimus superiori libro, accurrentibus ad miraculum pastoribus, lupa lac pueris praebente, Faustulus concedentibus caeteris eos educandos accepit. Rediens domum, coniugem tunicam inuenit, sed in castam, ut Dionysius inquit, infante mortuo. Solatur eam uir, gemellosque illi pro uno extincto educandos tradit, appellataque est haec Laurentia. Quae quia corporis fuerat liberioris, dixerunt multi, ideo creditum fuisse à lupa educatos, quod quae corpus prouulgasset, lupa appellari solita sit. Huius Laurentiae ob hanc educationem solenne festum apud ueteres Romanos celebrabatur Decembri mense. Sed cum posteritati sex Ouidianorum Fastorum libri deperierint, sacrum illud ex Poeta referre non possumus. Fuit postea & eiusdem nominis & famae mulier Acca Laurentia, cui à populo Romano in Iouis feriis sacra instituta fuerunt, decimo die calendarum Ianuariarum, ut Macrobius refert: ut autem Plutarchus, sacrificabatur huic Aprilis mense, cuius illa ab utroque horum fabella refertur, ad udituo Hercules, deum tesseri prouocante, ut uictus seorto & cena muldaretur, qui postea scortum hoc inter aedes inclusit. Postea Tarutio nuptam, uiro ditissimo. quo mortuo, ditata mulier populum Romanum reliquit heredem: ideo ab Anco in uelatro loco celeberrimo urbis sculpta est, ac solenne sacrificium institutum. Sed ut refert Plutarchus, ubi Tarutio nupserat, relictus

quibus

**A** quom uita tempus aded cum laude & gloria uixisse, ut ab accolis Theophila nominaretur, & eos ideo honores à Romanis consecutam: eo eam in loco euuuisse, ubi superioris Laurentiæ corpus iacebat, quem postea Bilurū uocauere. Cato autem, ut Macrobius autor est, illam inquit meretricio quæstu locupletatam reliquisse populo Romano agros, Turacem, Semurum, Linceurium, & Solinium: & ideo magnificentia sepulchri, & annuæ parentationis honore dignatam. Macer uerò Faustuli coniugem Tarutio Thusco post excessum primi uiri nuptam ait, & eius hereditate ditatam, populum Romanum heredem reliquisse. Idem ferè dicere uideatur, quod ad ædituum spectat, Plutarchus Problem. 34. & eam Flauiam à Romanis nominatam asserit. Et Varro meminit Laurentinarum feriarum, ab Acca Laurentia, cui sacerdotes publicè parentant, & c. Sed ad Poetam redeamus. Sermonem ad ipsam Laurentiam conuertit. O Lauren

tia, non taccam, non tacere debeam ego te. Nutrix tantæ gentis, tantorum uirorū, quanti fuerunt Romulus & Remus. Nec taccam pauper Faustule uestras opes, quibus scilicet Romulus educauisti sub uestro tugurio. Veniet uester honor, & Faustule & Laurentia. Cum dicam, cum scribam Laurentalia, nam festa illa in Decembri appellata fuerunt Laurentalia. Aliqui tamen dicunt Laurentinalia. December acceptus genij habet illa, Laurentalia scilicet. Et si superius dixi, genium esse deum, qui uim haberet rerum gerendarum, & genium deorum filium, & parentem hominum, & uniuersūq; loci deum, ponitur tamen interdum pro uoluptate. Ut cum dicam, indulget genio, hoc est, indulget uoluptati. Dicimus ergo Decembrem acceptum genij, ob Saturnalia, quæ eo mense fiebant, quo conuiuia uoluptuosa celebrabantur.

**T O.** Martia ter senos, & c. Romulus ac Remus Martis filij creuerāt ad annos octodecim. Nam

**Martia ter senos proles adoleuerat annos,  
Et suberat flauæ iam noua barba comæ.  
Omnibus agricolis, armentorumq; ministris  
Iliadæ fratres iura petita dabant.  
Sæpe domum ueniunt prædonum sanguine læti,  
Et redigunt actos in sua rura boues.  
Ut genus audierant, animos pater editus auget,  
Et pudet in paruis nomen habere casis.  
Romuloq; cadit traiectus Amulius ense,  
Regnaq; longæuo restituantur auo.  
Mœnia conduntur, quæ quamuis parua fuerunt,  
Non tamen expedit transiisse Remo.**

in Natali, ubi de eorum educatione agitur: Suscipit hinc illos Buandri Faustulus Arcas Gente satus, secumq; refert, & tradit alædos uxori, clarum cui tunc Laurentia nomen. Educat hæc cre sciunt cælesti semine nati iam pueri, iam tum iuuenes, iam pectore forti. Non his cura, greges armenta ue pascere, non hos Pastorum cultus, & fistula pæda iuuabat: Sed studium, ludis primam exercere iuuetiam,

**B** adolescere interdum est crescere, ut, Dum prima nouis adolescit frondibus. & c. Unde adolescentes dicti. Iliadæ Patro nymicum abusuū ab eorū matre Iliæ. Animos pater editus auget. Quia ferunt accepisse Romulum à Faustulo, quod esset Martis filius. Aperuit autem Romulo eam rem Faustulus metu subo

actus. Lege Liliū. Romuloq; cadit traiectus Amulius ense. Amulium & Remus & Romulus obruncarunt, quantum à Lilio & alijs colligitur, quorum Lilius: Vndiq; inquit, regi dolus neditur Romulus non cum globo iuuenum (nec enim erat ad uim apertam par) sed alijs alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus, ad regem impetum facit, & à domo Numitoris alia comparata manu adiuuat Remus, ita regem obruncant. Ceterum Florus: Statim, inquit, prima iuuentia patrum Amulium Romulus ab arce deturbat. Regnaq; longæuo restituntur auo. regnum Albæ, interfecto Amulio, Numitori restitutum est. Non expedit, non fuit utile. Est autem figura Liaptote, ac si dicat: Perniciosissimum fuit Remo, transiisse urbis mœnia, ob id enim dicitur interemptus.

Aut iaculo, aut nuda corpus lassare palaestra. Et sophie Gabijs ambo incubere Pelasgæ. Faustulcos tutantur opes, cæduntq; fugantq; Latrones, & cura fuit cui uiuere rapti. Martia proles, Martis filij. Adoleuerat ter senos annos, creuerant in octauum & decimum annum. Adolescere enim crescere est, inde adulescens dicitur. Et adolere est urere, ut apud Virg. Verbenas adole pingues. Et adolere augere, honorare, propitiare. ut illud: Cura penum struere, & flammis adolere penates. Et noua barba, noua lanugo. Suberat flauæ comæ, flauis criminibus. Fratres Iliadæ, Romulus Remusq; Iliæ filij. Dabant iura petita, reddebant ius ac domini. Omnibus agricolis, agrorum cultoribus. Et ministris armentorum, hoc est, pastoribus, quibus cura erant armenta. Sæpe domum, & c. Si quando prædones abegissent armenta, recuperabant illa prædonum cæde. Sæpe ueniunt domum, redeunt domum. Læti sanguine prædonum, quos ipsi uulnerauerant. Et redigunt, reduciunt. Boues actos, pro abactos à prædonibus. In sua iura, in suam potestatem, qui modo fuerant in potestate prædonū. Ut, postquam. Audierant genus, unde originem haberent. Pater editus, manifestatus à Faustulo ipso, qui Romulo rem aperuit. Auget animos: etsi magnanimi erant, tunc longè maioris facti sunt animi. Et pudet, eos. Habere nomen, hoc est, famam & laudem. In paruis casis, hoc est, in uillulis. nam decussisset eos urbibus dominari. Romuloq; cadit, & c. Bx Plutarcho & Dionysio excerpsumus. Orta contentione inter Amulij Numitorisq; pastores, ob pecorum pabulationem, Romulus & Remus aduersantes oppressere, & intacti cum præda domum rediere. Indignatus Numitor his insidias struit, occupatoq; in sacris Romulo, Remus captus est, & ductus regi, cuius supplicium Numitori concessum est. Sed motus Numitor & indole & constantia Remi, cepit interrogare quis esset. Relata expositione gemello

**AVL.** Martia ter, & c. Educati fuerunt hi à Faustulo & cōiuge. Sunt tamen qui dicant, Numitorem consciiū alimenta clam suggestisse, ut Plutarchus refert, & literis apud Gabios eruditos. Romulum autem & Remum uocatos, quoniam rumas, id est, lupæ manus emungere comperti sunt. Erant indole haudquaquam serui li, sed quæ magnitudinem quandam & probitatem præ se ferret. Cum ambo adoleuissent uiribus, ac animo præditi, quo quæque res factu difficilior erat, eo audacius se conferebant. Ea de se præstabat Romulus, quæ potius imperatorio uiro, quàm seruo aptiora esse uidebantur. Contribules, & quemq; ex infimo loco uiram ambo ad se contrahabant. Nec plurius regis præfides, & regij pecoris magistrōs existimabant. Minas, & aliorum in se furorem parui ducebant. Visu & consuetudine liberali præcæteris utebantur, id in primis haudquaquam ingenui hominis officium esse rati, si ocio aut ignauiā desipiscere animos sinerent: sed cursando, uenando, prædones profligando, fures capiundo, uiolentissimis quibusq; manus inferendo, gloriam sibi parare posse putabant. Hæc ex Plutarcho, quæ quidem & Poeta delibat. Et

**D** cum esse rati, si ocio aut ignauiā desipiscere animos sinerent: sed cursando, uenando, prædones profligando, fures capiundo, uiolentissimis quibusq; manus inferendo, gloriam sibi parare posse putabant. Hæc ex Plutarcho, quæ quidem & Poeta delibat. Et

**A**rum, percussit Numitoris animum nepotum memoria. Romulus interea fratris auxilio cum magna manu accurrens, Faustus rem omnem aperiente, cogniti sunt ambo Numitoris nepotes: irruentesq; in Amulium, illum obruncant, Albanorumq; regnum Numitori restitunt. Cadit ergo Amulius traiectus, transfusus. Ense Romuleo, Romuli gladio. Et regna restituntur duo longæuo, Numitori auo materno iam seniori. Mœnia conduntur, &c. Numitor ips cœcesit, ut illic ubi educati fuerant,

coloniam traducere possent. Aedificata ergo sunt ibi mœnia urbis Romæ: quæ cum præter edicium transfisset Remus, à celebrare, qui mœnibus præerat, obruncatus est. licet alia de eius morte causa referatur, quam superiore libro attigimus, & inferius latius explicabimus. Mœnia ergo, Romana scilicet. Conduntur, aedificantur. Quæ quanquam fuerunt parua, tunc cum primùm noua erant. Non tamen expedit, uile fuit Remo. Transfuisse, transfaltasse: quia ob id extinctus est.

**ANTO.**

Acternæ urbis. Virgil. imperium sine fine dedi. A te principium Romano ducimus anno: ab eo mense, quem à nomine tuo denominauimus, id est, Martio, quæ tum eo tempore sola denominauerat uoluntate. nam sequitur, Patrioq; uocat de nomine mensem.

**B**

Ante omnes Martem coluere priores. Latini Martem etiam ante Romulum præcipuè coluerunt, cum eos militia delectaret, ac belli studium.

Solinus capi te 16

**C**

Cecropidæ, Athenienses, à Cecrope. iure Palladem coluerunt, à qua ferunt Athenis fuisse nomen impositum. Nota est fabula. Minoia Creta Dianam. Cretenses Dianam colunt, quam ibi à retibus Didynnâ didam nonnulli uolunt. Lege Strabonem lib. 10. eius Geographiæ. Solinus autor est, Cretenses Dianam, quam religiosissimè uenerantur, Britomartem gentilitèr nominare. quod nomen sermone nostro sonat uirginem dulcem. cuius ædes Dardali manus ostentat, quam nemo nisi uestigia nudus ingreditur. Vulcanum tellus Hypsipylea colit. Lemnon dicit, Aegæi maris insulam celeberrimam, ubi regnauit Thoas pater Hypsipyles, qui Liberi filius fuisse dicitur, teste Laërtio grammatico. In hanc Iuno Vulcanum suum ac Iouis filium è cœlo præcipitè dedit, ubi à Sintijs acceptus ac nutritus dicitur. Fingitur autem præcipitatus in hanc insulam, quia Vulcanus ignis est. & constat fulmina ex aere cadentia crebro in eam deiçi.

[Homerus à Ione præcipitatum dicit, cuius uersus sunt Iliad. 1. εἰργαλίῃ δ' ἰδύμην ἀντιφρόδιαι ἵδου γὰρ μὴ νει ἀλλοτ' ἀλὶς ξίφιδαι μὴ μῆατα, ῥίφῃ ποδῆς τεταγῶν ἀπὸ βυλοῦ διοπίσ' οἶο. πᾶν δ' ἵμαρ φερέλευ, ἅμα δ' ἠδὲ κατὰ δῶτι, νᾶπτιον ἵρ λῶμω. δάξῃ δ' ἰδύμην ἰνῶν, ἵδου μὴ σῖντις ἀδῆσῃ ἀγᾶρ νεμῆαυτι πῶσῖτα.]

**PAVL.**

Iam modò. &c. Loca ubi Roma condita est, prius erant inculta & nemorosa. & ferarum saltus. Idco hic Iam modò, etsi idem uideatur significare, differunt tamen. Iam erat urbs, qua, ea parte qua. Modò, paulo antè. Fuerant syluæ, & recessus: semotiones, seu loca semota. Pecorum, bestiarum. Cum pater urbis, hoc est, Romulus. Ait, dixit uerba quæ sequuntur.

Arbiter armorum, &c. Lōga rerum relatione ad hoc uenit, unde primus anni mensis Marti dicatus fuerat, à Romulo scilicet ipso, qui condita urbe, Romani anni principium Marti genitori dicare uoluerit. Hæc ergo suere eius uerba: O arbiter armorum, ð bellorum domine, aut ð armis præsidens. De sanguine cuius credor, ego scilicet natus. Et dabo multa pignora, quasi multam fidem. Ut credar, scilicet ex te natus. Non stat

**D**

adhibententia, sed sequitur. Ducimus, pro deducimus, uel ducimus. A te principium anno Romano, ut à Martio incipiat. Primus mēsis anni erit de patrio nomine: quia à Marte Martius dicitur, in dei patris reuerentiam. Vox, ipsius Romuli.

Iam modò qua fuerant syluæ, pecorumq; recessus, Urbs erat, æternæ cum pater urbis ait: Arbiter armorum, de cuius sanguine natus Credor, & ut credar, pignora multa dabo: A te principium Romano ducimus anno, Primus de patrio nomine mensis erit. Vox rata fit, patrioq; uocat de nomine mensem. Dicitur hæc pietas grata fuisse deo. Et tamen ante omnes Martem coluere priores. Hoc dederat studijs bellica turba suis. Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam, Vulcanum tellus Hypsipylea colit.

Fit rata, firma: quia seruauit quod dixit. Et uocat mensem de nomine patrio, hoc est, Martium à Marte. Hæc pietas, hoc filij officium erga patrem. Dicitur fuisse grata deo, ipsi Marti: quia placuit eo affici honore, & habere primū mensem sibi consecratum. Et tamen, etc. Ipsi à Romulo principium anni à Marte sumptum est, Marti tamen longè ante Romulū Italos coluisse constat, quia

ipsa natura bellica gens. Et tamen priores, Latini scilicet. Coluere Martē ante omnes, deos scilicet. Bellica turba, qualis est Latina. Dederat hoc suis studijs: suæ militari disciplinæ, suæ armorum peritiæ. Sed posset per Hypallagen resolui quasi sua studia dedere hoc, ut Martem scilicet colerent. Bellica turba, Latina multitudini bellis assuetæ. Pallada Cecropidæ, &c. Quæq; externa regio suum habet numen. Latini tamen Martē præ cæteris colunt. Colunt Pallada Athenæ, Creta Dianam, Lemnos Vulcanum, qui deus est ignis. Cecropidæ, Athenienses, à Cecrope rege, qui in Attica regnauit, ante prodium illium (ut est testis Busebius) annis 364. Colunt Pallada, Mineruam, de qua paulo superius diximus. Erat enim Athenis in saxo, ut Strabo refert, uetus Minervæ Poliadis templum, in quo lucis inextincta lychnis erat, & uirginum domus, quam Idæus condidit. Urbs sacra Palladi, cum rebus bellicis præsit, & studiorum disciplinis, quibus Athenæ aliquando principatum obtinuerunt. Vel quod certans de urbis nomine imponendo cum Neptuno, astantibus duodecim dijs uictrix fuit, ut in Odyssæa diximus. Creta Minoia, à Minoe primo Iouis & Europæ filio. Colit Dianam. Colitur in Creta Diana, cuius templum est in Dyæco monte Cretæ. unde Dyæinna appellata est. Licet à Callimacho referatur, quod Strabo nō asserere uidetur, Britomartem uirginem Minois uolentiam euajuram, è Dyæte fugientem intra didyca, id est, retia piscatorum desilisse, unde locum didynnâ appellauere. Quapropter & alij tradunt secutam pestem in Creta, & ex oraculo habitū, ut ad eam Dianæ conderent, & inde didynnâ appellatam. Creta autem insula à Septentrione, ut Strabo inquit, Aegeo abluitur pelago simul & Cretico, ab Austro abluitur Aphro: ad Occidentē, ut Buzianus ait, Egillam & Cytheram insulas spectat, ad Orientem Carpathon. Didycaq; referente eodem Buzianio, ut antiqui dicunt, ab habitantibus in eo Curetibus Cureta, & per syncopen Creta. Alij à Crete quodam Iouis filio nominatam dicunt. Arrianus autem inquit: Non Creta cognominata est, sed Cres, ab eo qui Iouē abscondit in monte Dyæco, quando Saturnus inquirerebat eum, perdere uolens. Archias autem Cretem illam nominauit, adiectione literæ e. Tellus Hypsipylea, hoc est, Lemnos insula, ab Hypsipyle Thoantis filia, quæ in ea regnauit. Est enim in Aegeo mari,

A mari, ab Oriente Troiam, ab occasu Athon spectans, à Borea Thraciam: ab Austro, sed lōgo tractu, Crete est opposita. In hac aliquando fuere nostrae deliciae. Colit Vulcanum. Idem asserit Eustathius: Colitur in ea Vulcanus, tertius Ioue & Iunone natus. Quatuor enim fuere Vulcani, Primus Caelo natus, alter Nis

lo, qui dictus est Opas, quem regno Aegyptij praefecerunt, cui etiam inuentio ignis ascribitur. Tertius, de quo hic agimus, Iouis & Iunonis filius, qui Lemni fabricae praefuisse dicitur. Quartus, qui tenuit insulas prope Aeoliam. De his etiam in Odyssaea diximus.

NT. Sparte, Pelopidesq; Mycenae. Sparta urbs est Laconia, quam & Lacedaemonē dicimus. Sed & Sparta & Sparterē dicitur. Hanc et Mycenae Agamēnonis patriam Plinius dat Achae. Virumq; oppidū Iunonem coluit, & Mycenarū incolae cum Argiis communitur. Pini nigerum Faunum, &c. Bene addidit, ora Mena-

Iunonem Sparte, Pelopeiadesq; Mycenae, Pinigerum Fauni Menaalis ora caput. Mars Latio uenerandus erat, quia praesidet armis, Arma feræ genti remq; decusq; dabant. Quod si forte uacas, peregrinos inspicere Fastos: Mensis in his etiam nomine Martis erit. Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliscis, Sextus apud populos Hernica terra tuos, Factaq; Telegoni mœnia celsa manu. Quintum Laurentes, bis quintum Equiculus acer, A tribus hunc primum turba Forensis habet.

habuerunt. Sunt qui Romae seruatum aliquando in rebus iudicialib. cum ordinē uelint, quod non placet. Alij per forēsem turbam accipiunt quatuor tribus urbanas, in quas Fabius censor omnem forensē turbam excretam coniecit, autore Liiuo. [Sed melius Marsus, qui à Foris, siue Forulis, quod oppidum in Sabinis fuit, Forenses gentile deducit, id quod & sequentia probant. Et de Forulis etiā

B nalis, cum dixisset, Pini gerum. Legimus in Buccol. Menalus arguitq; nemus, pinosq; loquentes Semper habet. & Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Menaalis. Sanè Faunus Pici filius, de quo multa diximus, primus in Latio Saturno eius auo sacra instituisse dicitur, ut C. Bassus memoria prodidit: & Faunam sororem eandemq; uxorem, ac Picum consecrauit, ab eo qui nos in pellibus oracula petebant, in Latio fœuere consueuerunt. Peregrinos inspicere Fastos: quarundam urbium Fastos, quae in Italia sunt. His peregrinos uocat, uel earū Fastos peregrinos, quod aliquando non fuerint idem qui & Romani. Tertius Albanis, &c. Apud Albanos Martius aliquando tertium in anno locum tenuit, apud Phaliscos quintum, apud Hernicos sextum, apud Aricinos & Tusculanos tertium, quemadmodum & apud Albanos. Hernica terra, Strabo autor est, Hernicos, quorum nobilissima olim ciuitas fuit, Anagnina, Launio, et Alba, ac ipsi Romae esse uicinos: qui (ut placet Seruio) sic dicti sunt, quia saxo-  
sus montes habitant. Sabinorum enim lingua saxa herne uocantur. Sed ut Higinius scripsit in lib. 2. Urbium, teste Macrobio, C. Hernicus quidam Pelasgus dux Hernicis fuit, à quo ita appellata sunt fuerunt enim uetus colonia Pelasgorum. Inter Aricinos Albanasq; tempora constat. Sic dictum, ut, Saenis inter se conuenit uris: id est, conuenientia est. Albana autem tempora uocat Fastos, Albanorum tempora continentes. Factaq; Telegoni mœnia celsa manu. Tusculū dicit, à Telegono Circes & Ulyssis filio conditum. Vnde ait Horatius: Non ut superni uilla candens Tusculi Circa tangat mœnia. Et Silius: Mœnia Laertae quondam regnata nepoti. Hoc oppidum, ut scribit Strabo, egregys ornamentis insigne, & uincta olim, & tecta magnifica coronarūt, ubi Telegonus Mamiliam filiam procreauit, à qua, teste Festo, Mamiliorum familia est appellata. Sanè tantam fuisse ordinis mensium inconstantiam uerum existimari potest, cum regnante Romulo, ut inquit Plutarchus, praeter & rationem & ordinem mensibus uterentur. Quintum Laurentes, bis quintum Equiculus acer. Martius apud Laurentes quintū locum, apud Equiculos decimum tenuit. Sunt autem Equiculi populi Sabinis finitimi. Vnde Ancus Martius in faciale transfulit, quo ad res repetendas legati uterentur. Hos Naso hic acres, Virgilius horridos uocat, ut: Horrida praecipue cui gens, assuetaq; multo Venatu nemorum, duris Equicula glebis, Armati terram exercent, semperq; recentes Conuectare iuuat praedae, & uiuere raptō. A tribus hunc primum turba Forensis habet. Senfus est: Apud Equiculos, qui in foro iudicali uersabatur, quarto loco Martium

Virg. meminit 7. Aeneid. Forulosq; & flumen Himella.]

Iunonem Sparte, &c. Spartani & Mycenae ante alios deos Iunonem colebant, & Arcadia Faunū. Sparte, colit scilicet, Iunonem. Sparta uel Sparte dicimus, eadē quae & Lacedaemon in Laconia. Taygeto monti subijciunt, ut Strabo inquit. Sed cur Spartani dicti, Trojus lib. 3. docet: Qui fuere nati ex eo promiscuo concubitu, ob notam materni pudoris ita uocati sunt. Et Mycenae Pelopeiades, à Pelope: tum quod fuit in Peloponneso, tum quod ea regia Pelopidarum. Mycenae enim, ut Strabo refert, Perseus condidit, cui Sthenelus successit in regno. Haec post Argos ampliora susceperunt incrementa, propter commigrantes in eas Pelopidas. Nam cum omnes ad Aerei filios consisterent, Agamemnon grandior natu regnum adeptus, uirtute duce, comite fortuna, regionis possessionem ampliavit. Ob hoc igitur, Pelopeiades Mycenae: quas inter, & agros (nam solum inter se distant 50. stad.) erat templum Iunonis, ambabus urbibus commune, in quo Polycleti simulacra artis laude omnium praestantissima. Ora Menaalis, Arcadia, à Menaalo monte, ut superius dictum est. Colit caput pinigerum Fauni, Faunum ipsum pinu coronatum, de quo in primo & secundo libro diximus. Sicut caetera loca habent sua peculiaria numina, ita nomen Martis peculiare erat Romanis, propter praestantiam rei militaris.

Mars erat uenerandus, summa cum ueneratione colendus. Latio, in Latio à Romanis. Quia praesidet armis: nam in sua potestate sunt arma, & bellis praestit. Arma dabant feræ genti, populo Romano feroci in bello. Et rem, hoc est, imperium.

Et decus, ornamentum & gloriam. Et est enthymema à consequenti. Mars praestit armis, & illi armis caeteris praestant, ergo colere debent Martem, qui illis fauet. Non modò Romani, sed alij quoq; Latini nominis populi, etiam aliqui ex Hetruscis mensē Martium habebant, ut in eorum Fastis uidere licet. Verum postea Romano imperio succumbentes, ut leges à Romanis, ita & anni quoq; ordinem acceperunt. Quod si forte uacas, si forte uacuum est tibi tempus ab alijs curis. Inspicere Fastos, Fastorum libros. Peregrinos. Non intelligas Grecos aut Barbaros, sed aliarum urbium in Italia, quoniam Italorum locorum subiecit exempla. Brit in his, Fastorum libris peregrinis. Erit mensis nomine Martis, erit inscriptus Martius mensis. Albani cum annum decem mensium haberent, habent & ipsi mensē Marti dicatum, eumq; tertio loco numerabant: Phalisci autem quinto, Hernici sexto. Aricini uero & Tusculani eodē loco habebant,

P A V L I .

C

H

**A** habebant, quo Albani. Tertius Albanis. Mensis Martius erat tertius in ordine anni ab Ascanio instituti in Alba, quæ ab eo condita est. Ita enim in Fastorum libris, & annalibus eorum constare dicebatur. Ille, Martius. Fuit quintus, quinto loco. Phaliscis, anno Phaliscorum, de quibus in primo diximus, qui sunt in Heiruria, non tamen ab urbe multum distantes: habueruntque originem ab Haleso, quem alij filium, alij aurigam Agamemnonis dixerunt. O Herculica terra, fuit sextus apud populos tuos. Herculici populi sexto loco Martium numerabant. Via Latina sunt Herculici, in quibus est Anagnina urbs olim insignis, ut Strabo ait. Et Virg. Herculica saxa colunt, quos diues Anagnina pascit. Hi autem oriundi sunt à Pelasgis, & appellati ita à Pelasgo quodam duce suo, qui Herculicus nominabatur. cuius rei meminit Theodosius. Idem etiam Iulius Higinus non paucis uerbis probat. Et constat inter Aricinos, & Albana tempora, & mœnia celsa, facta manu Telegoni: conuenit idem ordo mensis inter Albanos, Aricinos, et Tusculanos. Eundem enim ordinem seruauere, quoad stetit Alba. Ideo dixit, Albana tempora, quia ab Ascanio ad Tulum Hostiliū, qui eam subegit pugna trigemina uictor, et diruit.

**ANTO.** Et tibi cum proauis, &c. Sabinis ac Pelignis conuenit, id est, cōuenientia est, quod utraq; gens quarto loco deum Martem, id est, Martium habent. Vocat autem Sabinos proauos Pelignorum, quia sunt qui Pelignos Samnitibus tribuunt. Et Samnites nouimus, teste Aulo Gellio, à Sabinis ortos, gente antiquissima, ut auctor est Strabo. à

qua, ut idem inquit, Piccini Samnitesque in colonias deducti sunt. Eadem gens simplicitate ac bonitate omnes superauit, à religione ac deorum cultu Seuina appellata, ut Plinius scribit. Ceterum ut ait Festus, Peligni ex Illyrico orti sunt. Inde enim profecti, dum Volsi regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiae occuparunt. Bius nepos Pelicus fuit, à quo Peligni nomen acceperunt.

**C** Sciendum, proauis uocabulum non semper accipi pro eo qui prope auum est, nam maiores saepe & auos, & proauos, & atauos appellamus. Ordine saltem, quia dixerat, Mensis in his etiam nomine Martis erit. Ergo si non mensis denominatione, ordine sine dubio reliqui à Romulo uicti sunt, à quo Martius primo loco constitutus est. Calendæ. A parte totum accipimus, hoc est, menses, qui decem tantum (ut diximus) fuerunt sub Romulo. Nondum tradiderat, &c. Non mirum, si Romulus annum suum solis cursui accommodare nesciuit, quia Romani nondum à Græcis Astrologiam acceperant, quos postea domuerunt. Facundum, sed malè forte genus. Eusebius auctor est, apud barbaras nationes, quas fecunditate agrorum excellere uidemus, rarè nasci homines ingenio excellenti. Unde ut alimentis quidam abundant, ita & hominibus carere uidentur. Contra uerò Græcia, quæ sine cultu nihil producit, homines generat cœlestes atque diuinos, & ad omnem scientiam natos, deditosque (ut inquit Macrobius) ocio sapientiae. Itaque inde omnis literarum claritas effulsit, teste Plinio. Quoniam ut scripsit Heraclitus, ubi aer sicciore est, ibi anima prudentior. Eadem tamen gens, auctore Lino, lingua magis strenua est, quam factis ferocis. Cicero in 2. Tusculan. Quæ est.

**D** Græci autem homines non satis animosi, sed prudentes, ut est caput hominum, satis hostem aspicere non possunt. Illud nobis molestum est, quod scribit Plinius, qui ubi ait, Græcos usum olei ad luxuriam uertere, eos uocat uitiorum omnium genitores. Di-

Aricini autem ab Aricia, non longè ab Alba; quam alij ab Hippolyto, ubi reuixit, alij ab Oreste, alij ab Archilo Siculo ædificatam uolunt. Telegoni. Telegonus Vlysis ex Circe filius, à quo Tusculum conditum aiunt. inde Tusculani. Laurentes quinto loco, & Equiculi decimo loco Martium numerabant, Ferenses uerò quarto. Laurentes, à Laurento oppido, ubi regia Latini fuit. Habent quintum, quinto loco, nam quintus eorum mensis appellatur. Equiculus acer, fortis. Habet bis quintum, hoc est, decimū, nam decimo loco Martium mensem habebant. Equi & Equiculi sunt inter Marfos & Sabinos, utriusque finitimi. Et Alba erat Equorum caput. & in Equiculis primæ urbes sunt Clyternum & Carefoli. Turba forensis habet hunc, mensem Martium. Primum à tribus, primo loco post tres menses. & sic erat quartus in ordine. Fori prope Reate in Sabinis. Inde Forenses postea dicti fuere Foruli, & eos quoque Strabo Sabinorum esse ait. Verum cum subsequenter Sabinorum meminerit, putant aliqui melius dicendum, Turba Ferensis, hoc est, Ferentini, à Ferentino oppido, quod Strabo uia Latina ponit, & est in ipsis Herculicis. Sabini & Peligni quarto loco Martium habebant.

ferius erat: tanti habebatur, quanti habetur hodie qui disertus est. Sed reuera disertus est minus quam eloquens, ut, Facundi calices quem non fecere disertum.

O miles Peligne, conuenit tibi, hic mensis scilicet. Cum proauis Sabinis: quia eodè loco numeras tu Martium, quo Sabini. Quartus deus, Martius quartus anni

mensis. Fuit huic utriusque genti, Sabinis, & Pelignis, quos Sabinorum pronepotes ostendit Poeta. Verum Pompeius refert, habuisse originem ab Illyrico, ductu Volsuri regis, cui cognomen fuit Lucullo. cuius nepotes fuere Pacinius, à quo Pacinates: & Pelicus, à quo Peligni. Horum olim metropolis erat Corphinium, nunc est Sulmo. Sunt enim Peligni Marfis finitimi. Cum aduertet Romulus, omnibus populis, quos retulimus, esse Martium mensem à Marte denominatum, eundem accepit & ipse, deditque Marti in anno à se constituto primum locum. Romulus dedit prima tempora, primum mensem. Auctori sanguinis, Marti patri, ut diximus in principio operis. Ut uinceret hos omnes, populos. Saltem ordine: quia cum alij alio loco haberent Martium, Romulus primo constituit. Quod à principio diximus, cum annum alij aliter obseruarent, Romulus suum decem mensium constituit. Sic erat minor duobus mensibus, qui fuerit annus ad solis cursum redactus. Nec ueteres habere totidem calendæ, tot menses. Principia mensium pro ipsis mensibus posuit. Quot nunc, quot calendæ, aut quot menses nunc habentur. Ille annus, ueterum scilicet. Erat minor mensibus geminis, duobus. nam ille decem, & hic duodecim est. Nondum tradiderat, &c. Ideo ueteres Romani habuerant annum decem mensium, quia nondum in Græciam traiecerant, unde scientias reportassent, præsertim Astrologiam, ut ad siderum obseruationem ciuilis annus redigeretur. Sed erant alia artes Romanis, nam præstantia rei militaris, quæ ceteros superabant. Nondum Græcia, quæ fuit doctrinarum parens. Unde dictum est: Disciplinarum genitrix ueneranda bonarum. Tradiderat artes uictas uictoribus: quia nondum uicta fuerat à Romanis, qui eam postea, & totum orbem uicere. Verum arx Græciæ erat Peloponnesus, & Peloponnesi caput erat Corinthus, ideo eam urbem totius Græciæ lumen uocat Cicero.

**A** Cicero. Vbi cum iniuriosius legati tradati essent, Romani duce L. Mummius eam urbem funditus euerterunt. Aliqui legunt, Videtur artes, artes uictorū: quia eas à Græcis uictis nondum acceperant.

Facundum genus sed male forte, quasi Græcia, quæ eloquentiæ, et aliarum artium laude præstaret: non autem animi fortitudine, quæ in militia excelleret. Male, in cōpositione significat negationem, ut male sanus, pro insanus: male fortis, nō fortis.

Qui bene pugnabat, qui strenuus erat in bello. Nouerat artem

Romanam: cum Romanis essent uires, et animi robur, et scientiæ rei militaris. Qui poterat mittere pila, qui erat excellens pili, hoc est, teli Romani iaculator. Erat disertus, erat facundus, siue eloquens. Verum plus est eloquens quàm disertus. Nam et M. Antonius apud Ciceronem ait, à se disertos uisos esse multos, eloquentem autem neminem. Quod Fabius ita exponit: Disertos putat dicere quæ oporteat, ornatè autem dicere, proprium esse eloquentissimi, et reliqua.

**N** T O .

Atlanteas, Pleiones

et Atlantis filius, de quibus alibi. Sub axe.

Axis interdum est linea, quæ ab altero mundi polo in alterum tendit. sed habet et alias significationes. Lege Festum.

Cynosura. Denius Vulcani filius Cynosura et Helicen genuit, ut quidam uolunt. Quæ cum Iouem in Ida nutrisset, eo merito in cœli relate sunt.

Alia uersa minor, hæc maior dicitur. quæ prior in navigatione obseruatur à Phœnicibus, posterior Græcis inseruit. ut: Sidonius Cynosura regit fidissima nauis. et: Græcis Helice seruanda magistris.

Naso in 4. Trist. Magna minorque feræ, quarum regis altera Græcis, à terra Sidonius utraq; sicca rates. De his lege Germanicum in carmine Arateo. Lege et Higium. Nobis, ubi opus non est, omnes fabulas referre non placet. Significat autem Cynosura canis caudam.

Sororis equos, Luna, quæ uocatur à Plinio sidus nouissimum, terrisque familiarissimum, et cum sit proxima cardini, minimo ambitu 12. signa zodiaci, quæ sol anno uicenis diebus, septenisque, et tertia dici parte percurrit, ac deinde remorata in coitu solis biduo, cum tardissime à trigesima luce rursus ad eadem uices exit.

Libera currebant: nondum à nobis ita obseruata, ut ferrent quandam speciem seruitutis, uti nunc ferre uidentur. Legimus enim supra, Aetheraque ingenio supposito suæ. Sed suæ non cœlestia signa, sed sua, id est, signa militaria siue uexilla. Illa quidem sceno, et c. Pauper sub Romulo Romanus exercitus hastis manipulos alligabat, quibus pro signis utebatur. Unde signiferi manipuli dicti sunt, autore Seruio. Hinc Donatus. Romani, inquit, et Latini cum sub nouo cœturione bellum aggressuri deputabantur, serui sibi, uel coronam ex manipulo herba conficiebant, quem pro signo sequebantur. unde manipulus militum nomen accepit. Hunc Varro esse inquit exercitus minimam manum, quæ unum sequitur signum. Et am Flauius Vegetius contubernium uocat, docens manipulum decem aliquando militibus constituisse: et sic dictum, quod coniunctis manibus pariter dimicabant. Aelianus autem in libro, quem de instruendis aciebus scripsit ad Adrianum Imp. duas inquit centurias manipulum constituere. cui Aulus Gellius astipulatur, docens fuisse in legione cœturias sexaginta, cohortes decem, manipulos triginta. Quamuis sub Romulo, initio eius regni, ut Plutarchus autor est, legio tria tantum millia peditum, et trecentos equites habuit: quæ postea ita excreuit, ut sex millibus hominum constituerit, teste Vegetio, quibus etiam interdum aliqua fiebat accessio. Ideo uerum est quod quidam docent, uarietatem ducum accessu temporis mutasse militiæ disciplinam. Festus scribit, sex millium et ducentorum hominum primum C. Marius legionem descripsisse. cum antea quatuor millium fuisset, unde etiam quadrata uocabatur. Non uidetur omittendum hoc loco, quod legimus apud

Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas  
 Senserat: aut geminos esse sub axe polos:  
 Esse duas Arctos, quarum Cynosura uocatur  
 Sidonius, Helicen Graia carina notet:  
 Signaque quæ longo frater percenseat anno,  
 Ire per hæc uno mense sororis equos:  
 Libera currebant, non obseruata per annum  
 Sidera: constabat sed tamen esse deos.  
 Non illi cœlo labentia signa tenebant,  
 Sed sua, quæ magnum perdere crimen erat.  
 Illa quidem sceno: sed erat reuerentia sceno,  
 Quantam non aquilas cernis habere tuas.

Liuium, de manipulis, ac militum ordine. Quod, inquit, antea phalanges si miles Macedonicis, hoc postea manipulum struere acies cepit esse, postremum in plures ordines instruebatur. ordo enim sexagenos milites, duos cœturiones, uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicum spaciū. Manipulus leuis uicenis milites, aliam turbam scutorum habebat. Leues

autem, qui hastam tantum, gesaque gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior deinde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisque, tres partes habebat. earum unamquamque, primum pilum uocabant. Tribus ex uexillis constabat. Vexillum id est, homines erant. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem spectata uirtutis. Secundum rorarios, minus robore, et ætate, factisque. Tertium accensos, minima fiducia manum: eo et in postremam aciem reiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primum pugnam inebant. Quantam non, et c. C. Marius has aues Romanis legionibus in secundo consulatu suo proprie dicauit, teste Plinio: qui etiam scribit, penetrasse aliquando in castra gratiam unguentorum, ita ut aquilæ ac signa puluerulenta festis diebus inungerentur. Ut autem aquilæ signa militum comitarentur, à foelici augurio natum est, autore Seruio, quod Iupiter ad bellum egrediens aduersus Saturnum, uiso aquilæ augurio sit uictoriam consecutus. Fuit et inter signa militaria porci effigies, quintum locum obtinens: quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmare solebant. Item effigies Minotauri (ut alia præteream) quoniam non minus occulta esse debent ducum consilia, quàm fuit eius domicilium labyrinthus.

Quis tunc, et c. Nondum Roma habebatur ulla astrologice discipline ratio, sic nec astrorum cursus obseruatus: quia nondum penetrauerant in Græciam Latini, nec in Phœniciam, aut in Aegyptum: cum Aegyptij seu Assyrij primi cœlum obseruauerint, à quibus mercatorum et nauatarum commercio accipere Phœnices, et ab his Græci. Cumque ad hos populos nondum accessissent, percipere cœli rationem minime potuerunt. Sola erat Romanorum cura, ut tenerent sua signa, et illa uerentur signa autem cœlestia non intelligebant. Quis tunc, eo tempore, quo condita est urbs. Senserat Hyadas, cognouerat succellus. Aut Pleiadas Atlanteas, Atlantis ex Pleione filias. Videtur hoc dicere, Quis obseruauerat sidera aut uerna aut hyemalia: Hyades enim ortu hyemem referunt, Pleiades uerò oriuntur in uere,

**C** suere suo. Sed suæ non cœlestia signa, sed sua, id est, signa militaria siue uexilla. Illa quidem sceno, et c. Pauper sub Romulo Romanus exercitus hastis manipulos alligabat, quibus pro signis utebatur. Unde signiferi manipuli dicti sunt, autore Seruio. Hinc Donatus. Romani, inquit, et Latini cum sub nouo cœturione bellum aggressuri deputabantur, serui sibi, uel coronam ex manipulo herba conficiebant, quem pro signo sequebantur. unde manipulus militum nomen accepit. Hunc Varro esse inquit exercitus minimam manum, quæ unum sequitur signum. Et am Flauius Vegetius contubernium uocat, docens manipulum decem aliquando militibus constituisse: et sic dictum, quod coniunctis manibus pariter dimicabant. Aelianus autem in libro, quem de instruendis aciebus scripsit ad Adrianum Imp. duas inquit centurias manipulum constituere. cui Aulus Gellius astipulatur, docens fuisse in legione cœturias sexaginta, cohortes decem, manipulos triginta. Quamuis sub Romulo, initio eius regni, ut Plutarchus autor est, legio tria tantum millia peditum, et trecentos equites habuit: quæ postea ita excreuit, ut sex millibus hominum constituerit, teste Vegetio, quibus etiam interdum aliqua fiebat accessio. Ideo uerum est quod quidam docent, uarietatem ducum accessu temporis mutasse militiæ disciplinam. Festus scribit, sex millium et ducentorum hominum primum C. Marius legionem descripsisse. cum antea quatuor millium fuisset, unde etiam quadrata uocabatur. Non uidetur omittendum hoc loco, quod legimus apud

ellius lib. cap. 4.

**D** temporis mutasse militiæ disciplinam. Festus scribit, sex millium et ducentorum hominum primum C. Marius legionem descripsisse. cum antea quatuor millium fuisset, unde etiam quadrata uocabatur. Non uidetur omittendum hoc loco, quod legimus apud

P A V L .

H

**A** in uere, inde Vergilii dicitur. Hyades quinque stelle sunt in fronte Tauri, quae fuerunt Atlantis ex Aethra filiae, antequam ex istis partibus nasceretur Hyas, à quo Musaeus Hyades uocari dicit. Cicero uero ab *Hyades*, quod est plueret, quia pluuia sunt, dici uoluit. Pleiades septem fuerunt. De his dicemus in principio sequentis libri. Aut quis senserat esse duos polos sub axe, polum arcticum et antarcticum axem sustinentes. Et axis pro ipso polo ponitur interdum. De quo Pompeius: *Axis*, inquit, quem Graeci *ἄξων* uocant, plures habet significationes. nam pars caeli septentrionalis, et stipes teres, circa quem rota uertitur, et tabula sextilis, axis appellatur. Poli duo sunt, borealis et australis. Borealis altissimus est his qui sunt in nostro hemisphaerio, australis imus et depressus, et qui à nobis uideri non possit. Vnde Virg. primum de boreali, hoc est, de arctico polo: deinde de australi, hoc est, antarctico loquens, ait. Hic uertex nobis semper sublimis, at illi sub pedibus Styx atra uidet, manesque profundi. Quis senserat esse duas arctos, uersam maiorem et minorem, de quibus superiore libro diximus. Quarum, arctorum seu uersarum.

Sidonis, hoc est, à Phoenicibus, à Sidone urbe. Petatur Cynosura, hoc est, minor uersa, ad cuius observationem Phoenices nauigant. Graia carina, per Metonymiam, hoc est, Graecus nauis. Notat Helicen, hoc est, maiorem uersam, ad cuius observationem Graeci nauigant. Haec enim sidera à nautis obseruabantur. De quo in 8. Pharsalia: Signifero quae cunctae fluunt Labentia caelo. Nunquam stante polo, miseros fallētia nautas Sidera non sequimur: sed qui non mergitur undis, Axis innociduum, gemma clarissimus arcto, Ille regit puppes, hic cum mihi semper in altum surget, et instabit summis minor uersa Cberuchis, Bosphoron, et Scythiae curuantem litora pontum Spectamus. quicquid spectamus ab arbore summa, Arctophylax, propiorque mari Cynosura feretur. In Syriae portus tendat ratis inde, Canopus Excipit australi caelo contenta uagari Stella timens Boream. illa quoque perge sinistra Trans Pharon, in medio tangit ratis aequore Syrtin. Ex his constat, Phoenices obseruare minorem uersam, quam primus omnium obseruasse Lycurgus Phoenix traditur. Graeci Helicen sequuntur. Vnde Flaccus: Graius Helice seruanda magisteris. Poniturque Helice pro maiore uersa, ab Helice oppido, in quo nata Calysto ab Higinio fertur, quae in ipsam maiorem uersam uersa est. Cynosuram autem uoluit aliqui (ut Higinus meminit) fuisse unam à nutricibus Iouis, appositamque plausiro, et pro minore uersa accipitur. Et quis senserat signa, duodecim illa signa, quae sunt in zodiaco. Quae percenseat, enumeret. Frater, Sol. Longo anno, anno solari, qui constat ex duodecim mensibus, quibus duodecim illa signa sol permeat. nam in unoquoque signo mensem unum absumit. Quis senserat equos sororis, Lunae. Ire per haec, omnia duodecim signa. Vno mense, nam spatium signorum per zodiacum, quod sol duodecim mensibus decurrit, luna singulis mensibus conficit. Sidera currebant libera, quasi nondum Latinorum obseruatione percepta. Non obseruata per annum: et ob id libera, quia non obseruata pro anni ratione. Sed tamen constabat esse deos, qui sideribus nomina dederant: non tamē intelligebant siderum rationem. Illi, conditores urbis, aut ipsi ueteres. Non tenebant, non intelligebant. Signa labentia caelo, rationem occasus siderum, sic nec oriens. Sed sua tenebant quae tum sui iuris erant, tenebant sua signa, quibus in bellum prodibant. Quae signa perdere erat magnum crimen. nam pro magno scelere habebatur, deserere signa Romana, aut hosti concedere. Sed quae signa erant, mox dicemus. Illa quidem sceno, et c. Prima Romanorum signa fuerunt sceni manipuli, unde manipulares milites dicti. quod ab occupatione Albae sumpsit initium. De quo Plutarchus, cum scribit Romulum cum pastoribus in Amulium irruentem, et Albam ingressum: Confedere, inquit, in inferiore ciuitatis loco, cum iam intromissi essent, et partem ipsius plurimam occupassent, uerūtis longis armati, fasciculo stipularum adiuncto, quos Latini manipulos uocant. Vnde et nunc in exercitu pedites ab his manipularij appellatur. Haec ille. Verum postea signa Romanorum fuerunt aquila, lupi, leones, aperi, minotauri, boues. Illa quidem signa scilicet. Sceno, ex sceno erant. Sed erat reuerentia sceni, nam omnes sceni, quod pro uexillo ferebant, reuerentiam non secus ac posterius aquilas. Quamquam, tanta erat sceni reuerentia. Quamquam cernis, uides à Germanice. Habere nunc aquilas tuas, quas tu fers in exercitu. Aquila enim erat, quae legionem praecedebat, et unaquaeque legio ferebat aquilam rerum causis, quas ignorabant. Egerunt, constituerunt. Lustra minora decem mensibus. nam ut minores anni, ita minora lustra. Lustrum enim cum sit spatium quinque annorum, ut superius ostendimus, et annus constaret ex decem mensibus, continebat tantummodo illud 50. menses. Et cum computatur annus ex 12. mensibus, lustrum constabit ex 60.

**ANTO.**

Manipularis: manipularis, à sceni manipulis. figuratè dictum, uersus gratia. Mensibus egerunt, et c. constituerunt annum decem mensium. Vnde consequens est, ut lustrum, id est, quinquennium eius temporis minus sit nostro mensibus decem: cum hoc constet mensibus quadraginta, illud quinquaginta. Seu quod, et c. Denarius numerus in honore fuit, non solum quia decem digiti sunt in hominum manibus, et sceminae decimo mense pariunt, sed quia is primus limes dicitur numerorum.

**PAVL.**

Pertica longa, non enim erat hasta expolita, sed rudis pertica, uelut ex nemore erat auulsa. Portabat manipulos suspensos, manipulum sceni. Inde, ab his sceni manipulis. Miles manipularis, pro manipularis. Habet nomina: quia inde manipularij dicti sunt. Et Varro inquit: Manipulos exercitus minimas manus, quae unum sequuntur signum. Ergo, et c. Ut concludat, simplicitate quadam, et siderum imperitia, annus tantummodo decem mensium constitutus est. Ergo animi indociles, qui nihil discere poterant. Et adhuc carētes ratione, pro rationibus, id est,

Pertica suspensos portabat longa manipulos,  
Vnde manipularis nomina miles habet.  
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes,  
Mensibus egerunt lustra minora decem.  
Annus erat, decimum cum luna receperat orbem,  
Hic numerus magno tunc in honore fuit.  
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus:  
Seu quia bisquinio scemina mense parit.  
Seu quod ad usque decem numero crescēte uenitur,  
Principium spatij sumitur inde nouis.

sic eo tempore 10. mensibus, erat minus, licet post Romulum à Tullo Hostilio lustrum fuerit institutum. Sed per haec uerba poeta uoluit ostendere, anno naturali duos menses à principio defuisse. Annus erat. Decimo quoque lunae peracto cursu, ciuile tunc annum computabant, ex eo quod denarius numerus perfectior sit, et in honore erat: uel quia 10. digitos continebant hominum manus, uel quod decimo mense parit scemina: uel quia cum numeramus, ad decimum usque ascendimus. Erat annus, cum luna receperat orbem decimum, cum decies in rotunditate se repleset. Hic numerus, denarius scilicet. Erat tunc, Romuli tempore. In magno honore, et quia perfectior numerus. Seu quia tot digiti sunt, s. in hominum manibus. Per quos solemus numerare: plerumque enim digitis nuntios

ros comē

**A**ros computamus. Seu quia femina parit bisquino, hoc est, de cimo mense, de quo plura circa principium primi libri diximus. Seu quod d. Venimus usq; ad decimum, numero crescente. cum numeramus, ascendimus usq; ad decem, postea resunitur primus

numerus decimo additus, ut decem, postea undecim, uiginti, postea uiginti unum; sic de reliquis. Inde, à decem. Sumitur principium numeri, scilicet quod est illud unum. Nouis spacijs, per quæ numeramus.

**N**TO. Inde pares centū denos secreuit in orbes Romulus. Ex obseruatione denarij numeri factū est, ut nō modò annus à Romulo in decē menses fuerit distributus, sed etiam

**I**nde pares centum denos secreuit in orbes Romulus, hastatos instituitq; decem: Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora: legitimo quisq; merebat equo,

pellari. Neq; enim placet hoc loco, ut per principem accipias primæ cohortis centurionē. Lege Vegetium, ne tibi omnia recitem. Laurentius Valla docet primi pilū,

centuriæ militum in decurias. Sanè Curia quæ sub Romulo triginta fuerunt, singulæ decem equites dederunt. Vnde Romulus tres equitum centurias habuit. Et qui denis equitibus præerant, Decuriones dicebantur, autore Festo. quod et Varro confirmat his uerbis: Primi singularum decuriarum decuriones dicti. quo nomine etiam aliquando uocabatur, qui turma duorum et triginta equitum præerat. Significat tamen et aliud decurionis nomen. quod intadum relinquimus, cum Laurentius Valla temporibus nostris ea de re non pauca tradiderit in Blegantijs suis.

**C**eterum non belli solum, sed domi centuriæ aliquando in decurias distributæ sunt. Liuius: Rem inter se centum patres, decem decurias factis, singulisq; in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, consociant. De decurijs Columella: Mediastrinae inquit classes non maiores quam denum hominum faciundas, quas decurias appellauerunt antiqui. Est autem ordo: Romulus secreuit centum in denos orbes pares. Quod si trium centuriarum equitum diuisionem acceperis, ordo erit: secreuit centum pares in denos orbes. Sed placet superior expositio. Hastatos instituitq; decem. Non est existimandum, decem tantum hastatos fuisse sub Romulo. quo regnante, antequam Tatiū humanis rebjs excederet, Plutarchus autor est legionem ad sex milia peditum et sexcentos equites excreuisse. Romulum ergo dicit hastatorum centurias in decurias discreuisse, quemadmodum et principum pilanorumq;. Est igitur asseueratio eius sententia, pares centum denos secreuit in orbes. Legimus, maiores nostros cohortes in centurias, et centurias in contubernia diuisisse: ut decem militibus, sub uno papilione degentibus, unus præesset decanus, qui caput contubernij dicebatur, ut Vegetio placet: qui etiam inquit hastatos olim in acie secūda pugnassee, ut in prima principes: in tertia, qui et triarij uocabantur. Alij aliter scribunt. uerum enim est quod diximus, mutari militiæ disciplinam. Hastati uerò dicti sunt, ut Varro scribit, quod hastis pugnant: ut pilani, quod pilis. quæ tela erant ferro subtili trigono præfixa, pedaliq;, siue unciarū nouem. Principes uerò (ut idem inquit) à principio gladijs pugnauerunt: qui postea commutata re militari, minus illustres fuere. Ab his et principia in castris, et principalem portam dictam existimant, cuius meminit Festus. Sanè Aelianus bellatores qui pedibus suis in terra nituntur, in tres partes diuidit, armatos, peltatos, uelites: quorum armatos grauem, peltatos ac uelites leuem armaturam inquit appellari. Ex equitibus autem qui in turmas diuidi consueuerunt, alios esse docet cataphractos, qui toti armis teguntur: alios ferentarios, qui arcu uel iaculis solent eminus dimicare: alios hastatos, qui manus conferunt, et hasta cominus decertant: quorum alios scutum gerere, et scutatos dici: alios tradit sine scuto hasta pugnare, quos inquit et hastatos et contatos uocari. Idem etiam docet, nullam hastam sumi oportere decem cubitis breuiorē. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora. Principum ac pilanorum decani præfecti contubernijs. siue manipulis, totidem, hoc est decem militibus præerant: et decuriones, decani, duces, primi ac præstites dicebantur, ut autor est Aelianus, qui tradit ultimum in decuria, tergiductorem ap-

qui primipilatum gerit: primipilarem uerò, qui gessit, nuncijs pari. Liuius de primipilo: Centurio erat, quem nunc primipilum appellant. Legitimo, non strigoso, sed quali legitimum equitem uehi oportebat, ne à censoribus notaretur. Diximus supra, equites quoq; fuisse in decurias distributos.

**I**nde pares. Non modò in anni computatione seruatus est denarius numerus, sed etiã in militia, cum centurias, hastatos principes, pilanos equites, et omnes ordines denario numero diuisit. Quod ut facilius intelligatur, ordinem aciei referemus, qui postea seruatus est, in plures ordines instruebantur. Ordo enim, sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Leues autem, qui hastam tantum, gesa que gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie forem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas, totidem manipulorū, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulosum agmen, antepilanos appellabāt, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur. Ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat, earum unamquamq;, primum pilum uocabant. tribus ex uexillis constabat. Vexillum, centū et octoginta tres homines erant. Primum uexillum, triarios ducebat, ueteranum militum spectata uirtutis: secundum, rorarios, minus roboris ætate. factisq; tertium, accensos, minima fiducia manu: eo et in postremam aciem reuocabantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primum pugnam inibant. Si hastati profigare hostem non possent: pede presso, eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat: hastati sequebantur, triarij sub uexillis consistebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus, quam uallo septa inhorreret acies tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prosperè esset pugnatum à prima acie, ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, proverbio increbuit. Triarij consurgentes, ubi in interualla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus uelut claudabant uias, unoq; continenie agmine. Iam nulla spe potest relicta, in hostes incidebant. id erat formidolosissimum hosti, cum uelut uictos insequuti, nouam repente aciem exurgente, auctam numero cernebant. Hæc ex Liu. octauo primæ Deca. libro. Inde, ex æratione denarij numeri. Romulus secreuit, diuisit. Centū, centurias ipsas: quæ, ut Varro inquit, sub uno centurione sunt: quarum centenarius iustus numerus. In denos orbes pares, in decem æquas circumnumerationes: nam denario numero diuisit. Et instituit decem hastatos, quo denario quoq; numero diuisit. nam in singulis ordinibus decem erant: et postea ad sexagenos auctus est numerus. Hastati, ut Varro inquit, dicti, qui primi hastis pugnant. Et totidem corpora habebat princeps: hoc est, principum numerus continebat decem milites. nam et denario numero diuisi principes: qui, ut ostendit Varro, à principio gladijs pugnant: et potest commutata re militari, minus illustria sunt. Totidem corpora habebat pilanus: nam et pilanorum numerus, in denos quoq; diuidebatur. Pilani, qui pilis pugnant.

PAYL.

G

H

**A**bant. Verum, ut Varr. inquit, pilani triarii quoque dicti, quod in acie triario ordine, extremis subsidio deponerentur, quod hi subsidiebant. ab eo subsidium dictum, à quo Plaut. Agite, nunc subsidite omnes, quasi solent triarii. Et qui, & ille qui. Merabat, militabat. Sed merere, sine diphthongo scribere stipendium militare est. nam poeta in Amoribus ait, iussit & in castris ora merere suis. Equo legitimo, lege sibi concessa. nec corrupte legas hunc locum, ut alij fecere, Quisque merebat equo. non e-

ANTO.

Quinetiam partes totidem Titienfibus ille, Quosq; uocant Ramnes, Luceribusq; dedit. Constat tres partes populi Romani fuisse sub Romulo, quas tribus dixerunt: unam Titienfium, à T. Tatío duce Sabino rum appellatam: aliam Ramnensium, à Romulo: tertiam Lucerum, quorum nominis & originis causa incerta est,

ut Liuius scribit. quamuis Festus Luceres. doceat appellatos à Lucero Ardeæ rege, qui Romulo aduersus Tatiū bellanti auxilio fuit. Varro autem à Lucumonibus, quod quidam id uocabulum Thufcum existimauerint. Ferunt enim Romulum (ut scribit Seruius) dimicantem contra T. Tatiū, à Lucumonibus auxilia postulasse. Unde quidam uenit cum exercitu, cui iam recepto, T. Tatío pars urbis data est, à quo in urbe Thufcus uicus nomen accepit. Thufcia enim, ut idem inquit, duodecim Lucumones habuit, id est reges: ut, Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Plutarchus uero, à luco asyli, Luceres dictos putat, in quem multi fuga delati, à ciuitate donati sunt. Has tribus tres fuisse, nomen ipsum declarat, à quibus tribuni dicti. Unaqueque autem tribus decem continuit curias, autore Plutarcho. unde origo fuit turmæ dictæ, quod ter deni equites à tribus tribubus darentur, autoribus Festo & Varrone. Sciendum, Titienfem tribum, quam pleriq; non rectè Tatiensem dicunt, à T. Tatiū prænomine appellatam esse, autore Festo: cuius locum deprauatum inueni, secundum quem ea tribus Titienfis dicenda est, non Tatiens. Illud quoq; non ignorandum, quod admonet Columella, multiplicatas tribus nomen pristinum retinere: sicut Centuria à centum iugeribus uocata, ut idem inquit, mox duplicata, idem nomen retinuit. Unde ait Festus, Centuriam in agris significare ducenta iugera: in re militari, centum homines. Idem Romæ inquit triginta quinque tribus curias appellari. Hoc luget spacio, & c. Numa Pompilius lugendi modum statuit, autore Plutarcho, uoluitq; puerum non lugeri citra trimatum. licere autem natu grandiores lugere tot mensibus, quot annos uixissent ad decem usq;: prolixiore uero fletu ætatem lugere nullam, sed longissimum luctus tempus esse mensium decem. Frondes sunt in honore nouæ. Ingreddente Martio (ut inquit Macrobius) in regia curijsq; atq; flaminum domibus laurea ueteres nouis laureis mutabantur. Ianua tunc, & c. Domus regis sacrorum, quem & regem sacrificulum uocant, calendis Martijs ornari noua lauro consueuit, quæ arbor est Phœbi. Curia prisca. De hac Varro: Curia, inquit, duorum generum, ubi curarent sacerdotes res diuinas, ut Curia ueteres: & ubi senatus, humanus: ut Curia Hostilia. quam primus ædificauit Hostilius rex. ante hanc Rostra.

PAVL.

Quinetiam ille, Romulus. Dedit totidem partes Titienfibus & Luceribus, & quas uocant Ramnes etiam denario numero diuisit tribus, Titienfem, Ramnensem & Lucerem, nam

nim quisque, sed quique dicendum est. nam de equitum turma intelligit in denis quoque partes diuisa. nam in unaqueque tribu decem. Turma enim, ut ostendit Varr. terma est. e in u abijt, quod ter deni equites ex tribus tribubus Titienfium, Ramnensium, & Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum, decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt, & nunc terni.

unaqueque tribus in decurias decem diuisa est. De harum appellatione ita Varr. inquit: Ager Romanus primum diuisus in partes tres: (à quo tribus appellata) Titienfium, Ramnium, Lucerum nominatæ. ut ait Ennius, Titienfes à Tatío, Ramnenses à Romulo: Luceres, ut ait Iuuenius, à Lucumone. Sed omnia hæc uocabula

Thufca, ut Voluminius, qui tragedias Thufcas scripsit, dicebat. Et Pompeius inquit, Titienfem tribum à prænomine Tatiū regis appellatam uideri: & Titiam quoq; curiam ab eodem rege dictam. Et Plutarchus asserit, in cõpositione rerum cum Sabinis centurias tres descriptas, & appellatas, primam à Romulo, Ramnensem: alteram Tatienssem, à Tatío: & à luco Lucerem, ubi erat constitutum asyli templum. Centuria, tribus dicte sunt qui ijs præerant, tribuni uocati. Pompeius autem inquit, Lucerenses & Luceres, quæ pars tertia pop. Rom. est, distributa à Tatío & Romulo, appellati sunt à Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatiū. Assuetos. Cum & in diuisione populi, de quo superius, & in militia denarium seruassent numerum, seruauit & in anno ea etiam ratione, quam à principio retulimus. Per totidem menses à funere coniugis uxor Susanna in uida tristitia signa domo. Seruauit igitur, Romulus.

Numeros assuetos, & in populo & in militia seruauit etiam. In anno, in anni ratione. Hoc spacio decem mensium. Fœmina mœsta, uida: & ob id mœsta. Luget uirum, uiri mortem. decem enim mensibus lugubris sese domi cõtinebat, ut in primo libro ostendimus. Neu dubites. Ut constat calend. Martias fuisse anni principium, ea signa refert, quæ in principio huius libri retulimus ex Macrobio, & in regia, & in curijs, & in flaminū domibus, & in templo Vestæ laureas ueteres nouis mutari, quod quia olim in principio anni Romulei fiebat, seruabatur etiam suo tempore, & nouis ignis à Vestalibus accendebatur. Neu, ut non. Dubites, sed ut certior sis. Quin, quod ita hoc in loco exponas, quin, pro quod. nam crebrum hoc reperitur in epistolis Ciceronis: ut, Non dubito, quin eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. hoc est, certus sum, quod eo sis animo, quo ego essem. Terentius: Non dubium est quin uxorem nolit, quasi certum est, quod nolit. Ponitur etiam pro quid non. ut est illud Salustianum, Quin igitur expergiscimini. Ponitur etiam pro insuper. ut apud Vergilium: Quin protinus omnem Perlegerent oculis. ergo hoc in loco, Neu dubites, certus sis. Quin, quod. Fuerint ante primæ calendæ Martis, quod calendæ Martij mensis fuerint prius primæ. nam in anni principio. Laurea que perstitit toto anno flaminibus, corona ex lauro, quæ à principio anni ad finem permansit, aut pependit in flaminum domibus. Tollitur, remouetur. Et nouæ frondes sunt in honore, nam reiecta ueteri laurea, noua apponitur.

Tunc

**A** Tunc, Calendis martijs. Ianua regis, ianua regia. Et de regia consulum intellige, quae erat in Palatio. Viret, uiridis tunc uidetur. Posita arbore Phœbi, appositâ lauro, quae sub Phœbi tutela est propter Daphnem uirginem, quam amauit in eam arborem demutatam. Curia prisca, quasi uires tu etiam uetus curia. Itidē, similiter. Ante tuas fores, appositâ scilicet lauro. nam illud repetendum, Posita arbore Phœbi. Curiae, ut Varr. inquit, duorum generum, nam et ubi curarent sacerdotes res diuinas, ut Curiae ueteres: et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia, quod primus aedificauit Hostilius rex. Ante hanc Rostra: cuius id uocabulum, ex hostibus capta fixa sunt rostra.

Et alio loco inquit: Curia, ubi senatus rempub. curat. Illa etiam curia dicitur, ubi cura sacrorum publica, ab his curiones. Et Pomp. tertio de significatu uer. Curia, inquit, locus est ubi publicas curas gerebant. Calabria, curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur, in quibus unius cuiusque partis po. Rom. quid geritur. Quales sunt haec, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta. Quibus postea additae sunt quinque, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret, feriasque obseruaret. Hisque curijs singulis nomina curiarum uirginum imposita esse dicuntur, quas uirgines quondam Romani de Sabinis rapuerant.

**TO.** Laureæ cana. Calen

dis Martijs et Laureæ ueteres aedis Vestae mutabantur, et accendebatur nouus ignis, teste Solino. Iliacos autem focos dicit, quia Aeneas Vestae sacra ex Troia dicitur attulisse. Vnde illud est: Et uos uirginea lucentes semper in ara Laomedontæ Troiana altaria flammæ.

**Vesta quoque ut folio niteat uelata recenti  
Cedit ab Iliacis laurea cana focus:  
Adde quod arcana fieri nouus ignis in aede  
Dicitur, & uires flamma resecta capit.  
Nec mihi parua fides, annos hinc esse priores,  
Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli.  
Hinc etiam ueteres initi memorantur honores,  
Ad spacium belli perfide Pœne tui:**

Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli. Huius supra fecimus mentionem, quam Perennam uocant, ut suo loco dicemus: et celebrantur hoc mense, ut annare perennareque commodè liceret. Hinc etiam ueteres initi memorantur honores Ad spacium belli perfide Pœne tui. Lege Liuium, apud quem inuenies et post secundum bellum Punicum idibus martijs intum consulatum. Oliuiferis. Ager Curium, unde T. Tatius et Numa Pompilius exiit, oliuetis ac uinitis egregiè præditus fuit, ut auctor est Strabo. Non placet hic repetere, quae superius dicta sunt. Lege Macrobius. Samio, Pythagora, qui (ut scribit Iustinus) Sami natus est, patre Demarato. Vnde illud est Vergily: Erat hic ortu Samius, sed fugerat unda Et Samo et dominos, odioque tyrannidis exul Spon te erat. Aristoxenus tamen (ut inquit Laertius) Tyrrenum hunc esse uoluit, è quadam insulari, quas eiecit Tyrrenis Atheniensis tenuerunt, cuius patrem alij Vescarem fuisse tradiderunt, alij

Philosophia Pythagorica, eosque obibitos à Q. Petilio praetore. Sed meminisse debemus, quod Plutarchus tradit, putasse nonnullos Pythagoras quendam Spartiada Olympiade decimasexta, cuius anno tertio Numa rex creatus dicitur, Numae congressum esse, ac simul cum eo regnum constituisse. Sane Pythagoras Samius (ut Aristippus Cyrenaeus putauit) ideo Pythagoras appellatus est, quod uera non minus Pythio loqueretur: à quo unum è tribus generibus brassicae, quae à Catone ponuntur, Pythagoricum dicitur, quod est extensis folijs, et caule magno. Eundem philosophum Aristoxenus ait cum aetate animata in cibum permisisse, praeter bouem aratorem, arietemque. Et Liuius, Scruio Tullo regnante Romae, in ultima Italiae ora circa Metapontum Heracleamque et Crotonam iuuenum emulantium studia caetus habuisse. Dionysius quoque scribit, fieri non potuisse, ut Numa Pythagoras Samij discipulus fuerit.

Laurea cana, laurea uetus, nam canos senes dicimus, à canis criminibus. Cedit ab Iliacis focus, remouetur à templo Vestae, cuius sacra ex ilio aduecta. Ut Vesta quoque niteat, ut Vestalis ara, aut templi ianua niteat. Uelata, testis. Folio recenti, nouis lauri frondibus. nam inde etiam ueteres lauream remouebantur, et nouae ponebantur. Adde, ad haec, quod dicitur fieri nouus ignis in aede arcana, in penetralibus Vestae nouus ignis accenditur. Arcana dixit, quia non licebat ingredi maribus. Flamma resecta, noua, quae tum succensa. Capit uires, cum paulatim uehementius accendatur. Nec mihi parua fides annos hinc esse priores. Et ex hoc etiam argui potest, mensem hunc anni principium fuisse, quod in eo mense, ut Macrobius asserit, ad Annam Perennam sacrificatum itur, ut annare perennareque commodè liceat, quodque calendis Martijs comitia auspicabantur: qui quidem mos usque ad bella Punica seruatus est. Tunc enim primum coepere auspicari comitia calendis Ianuarijs. Alia ratio, cum dicamus Quintilem quinto loco, sic Sextilem sexto, sic usque ad Decembrem, qui est ultimus et decimus à Martio, significat Martium fuisse primum. Nec mihi parua fides, sed magna fides habenda est: quasi credendum est. Hinc, à Martio. Esse, fuisse. Annos priores, inceperunt ueteres annos, seu anni principia fuisse. Quod hoc mense est coepta coli Anna Perenna, quod mense Martio coepere fieri sacrificia Annae Perennae, cum esset tunc anni principium, quo (ut Macrobius inquit) annare et perennare commodè liceret. Sed de Anna inferius dicemus. Hinc, ex hoc mense. Memorantur, referuntur. Initi, ab inco inis. Honores ueteres, magistratus prisca, quasi referuntur comitia auspicata, et initi magistratus. Honor enim (ut Callistratus Iuriconsultus inquit) est

**C** Mamarchum, alij Menesarchum annulorum sculptorem. Illud dubium non est, Italicae philosophiae principem hunc fuisse, cum Ionica ab Anaximandro Thaletis discipulo fluxerit: dictamque Italicae philosophiam, quod eius auctor Pythagoras in Italia plurimum philosophatus sit. Cum enim è Samo in Aegyptum, et mox Babylonem ad perdiscendos siderum motus, originemque mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus esset, regressus inde in Cretam et Lacedaemona, ad cognoscendos Minois et Lycurgi leges, in Italiam uenit: ubi multum diuque philosophatus est, Tarquinio regnum obtinente, cui cognomen in Superbus fuit, ut Aulus Gellius docet. Quare sine dubio fabulosum est quod aiunt, Numae Pompilij præceptorem fuisse Pythagoram. Vnde ait Liuius, auctorem eius doctrinae, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt. Et Cicero: Quinetium inquit, arbitrator propter Pythagoreorum admirationem Numam quoque regem Pythagoreum à posterioribus existimatum. nam cum Pythagore disciplinae et instituta cognosceret, regibusque eius aequitatem et sapientiam à maioribus suis accepissent, ciuitates autem et tempora ignorarent, propter uetustatem eum qui sapientia excelleret, Pythagora auditorem fuisse crediderunt. Sciendum tamen, scripsisse Casium Heminae (ut ait Plinius) Cn. Terentium scribam agrum suum in laticulo repastinatem offendisse arcam, in qua Numa rex situs fuisset, in eademque eius libros repertos, in quibus scripta essent praecipua phi

ius lib. Non dabit, cap. 21.

municipalis administratio reipublice, cum dignitatis gradu siue cum sumptu, siue cum erogatione contingens. Ad spaciū, quasi usque ad tempus, O Pœne perfide, d' Aphri seu Carthaginenses fœdistragi. de quibus Silius: Te Marte sinistro iura-

ANTO.

Qui posse renasci nos putat. Notum est, uoluisse Pythagoram esse animas immortales, & renasci nos, animis in noua corpora transcuntibus. Ouid. alibi: Quoniam non corpora solum, Verumetiam uolucres animæ sumus, inq; ferinas Possumus ire domos, pecudumq; in uiscera condi. Egeria siue monente sua. Egeriam Nympham nemoris Aricini amicam suam esse, Numa Pompilius finxit ad affirmandam legum suarum auctoritatem, ut ferum populū religio molliret, existimantem omnia ab eo rege iussu Egeriæ fieri. Statius in Syluis: Sic sacra Numæ ritusq; colendus Mitis Aricino distabat nympha sub antro. Hanc ueteres crediderunt unam esse d' nouem mensis, quibus Numæ ædem construxit, qui hac ratione persuasit populo cum Egeria se habere congressum, cum multos ad conuiuium imitasset, isq; ante horam autis, nihil ferè paratum esse ostenderet: eosdem uesperis cum diuisset, magnificentissimum apparatus ostendit. Hæc nympha ab egerendo, ut Festo placet, Egeria dicta est, cū prægnantes sacrificabant quæ ad conceptum partum egerendum eis fauere putarentur.

PAVL.

Denique quintus, Iulius, qui prius Quintilis dicebatur, ut in primo diximus: Quæ sequitur numero turba uocata fuit. Fuerat quintus ab hoc, quintus à martio. Et inde, à quintili. Quisquis mensium. Incipit, cuiuscunque sit initium. Habet nomina à numero. nam Sextilis à sex, Septēber à septem, October ab octo: & sic de reliquis. Primus. Et primo libro diximus anno Romulo Numæ duos menses addidisse. Nunc idem refert. Romulus annum decem mensium cōputarat à Martio incipientem, qui conficeretur diebus 304. ut sex menses Aprilis, Iunius, Sextilis, Septēber, Nouember, Decēber, tricentū essent dierum: quatuor uerò Martius, Maius, Quintilis, October, tricenis & singulis expediretur. Numa quinquaginta dies addidit, ut in trecentis quinquaginta quatuor dies. Quibus duodecim Lunæ cursus confici credebatur, annus extenderetur. His, quinquaginta à se additis adiecit alios sex retractos illis mensibus sex, qui uiginti habebant dies, id est de singulis singulos, factosq; quinquaginta. et sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit, ac de duobus prioribus Ianuariū nuncupauit. Secundum dicauit Februū deo lustrationum. Paulo post in honorem imparis numeri, secretum hoc, & ante Pythagoram parturiente natura, unum adiecit diem, quem Ianuario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis, præter unum Februariū impar numerus seruarietur. Nam quia duodecim menses si singuli, aut pari, aut impari numero putarentur, consummationē parem facerent. Unde, pari numero institutus uniuersam putationem imparem fecit. Ianuarius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, Decēber, undetricenis censebantur diebus. Martius, Maius, Quintilis, October, dies tricenos singulos possidebant. Solus Februarius uiginti & octo retinuit dies, quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret. Hæc ex Macrobio de anno à Numa instituto, cui postea Cæsar addidit decem dies, & instituit in fine cuiusq; quarti anni, ut dies unus intercalaris adderetur ad supplementum quartæ partis diei. sed de his in principio diximus. Si quis plenam aut cumulata rationem intercalationis scire cupit, legat ipsum Macrobiū. Primus Pompilius. Numa Pom-

tumq; Ioui fœdus, conuentatq; parum Sidoni fr. du. Atq; impius ensis Ter placidam suasisit temerando abrumperè pacem. inde fœdistragi dicti, & in prouerbio fuit Punicæ perfidiæ. Belli tui, usq; ad bella Punicæ.

pilius, Pompilius Pompony uiri illustris filius.

Deductus Romam ab aruis oliuiferis, accitus in regem ex Sabinis aruis olea abundantibus. Respexit poeta ad sua tempora, non autem ad tempora Numæ. nam et

Plinio referente, oleam Theophrastus celeberrimis Græcorum autoribus urbis Romæ anno circiter quadringentesimoquadragesimo negauit, nisi intra 40. milia pas. à mari nasci. Fenestella uerò omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab annis pop. Rom. 183. Ergo Numæ tempore oliuiferi non erant. Sensit Numa abesse duos menses: anno scilicet à Romulo constituto, sensit deesse mensem, qui Iano deo principiorum debebatur: & alterum, qui deo purgationum. Siue doctus, hæc scilicet quæ instituit. A Samio, à Pythagora philosopho, qui Samius fuit ex Samo Ionica. Qui, Pythagoras. Putat nos posse renasci, putat animam esse immortalem. ut est, Sed cum à corpore auellitur, in alia quaque corpora transire. De quo latius in Metamorphosi: O genus attonitum gelidæ formidine mortis, Quid Styga, quid tenebras, & inania regna timetis Materiam uatum, falsiq; pericula mundi? Corpora siue rogus flamma, seu tabe uetustas Abitura lerit, mala posse pati non ulla putetis Morte. & reliqua. Numam multi uolunt Pythagoræ philosophi auditorum fuisse: sed, ut Dionysius inquit, repugnant tempora. Nam quatuor & tatiibus Pythagoras posterior fuit. Numa sextadecima Olympiade media, Romanum accepit imperium. Pythagoras post quinquagesimam Olympiadem in Italia mansionem habuit. Prætor rea, quando à Romanis in regnum Numa euocatus est, nondum erat urbs Croto, ubi Pythagoræ sedes fuit, sed condita quadriennio post, anno tertio decima septima Olympiadis: ita in ea urbe, quæ nondum fuerat, discipulus eius esse non potuit. De hoc eodem Liuius: Autorem, inquit, doctrinæ eius, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt. Quem sermo Tullio regnante Romæ, centum post annos amplius in ultima Italia ora circa Metapontum, Heracleamq; & Crotonam, iuuenum amulantium studia cœtus habuisse constat. Ex quibus locis, etsi eiusdem ætatis fuisset, quæ fama in Sabinos, aut quo lingue commercio quenquam ad cupiditatem discendi exciuisset? Quo'ue præsidio, unus per tot gentes dissonas sermone, moribusq; peruenisset? Suapte igitur ingenio temperatum animum uirtutibus fuisse opinor magis, instructumq; non tam peregrinis artibus, quàm disciplina tetrica, ac tristi ueterum Sabinorum: quo genere quondam nullum incorruptius fuit. Hæc ille. Plutarchus uerò ubi aliorum opiniones retulit, & posteriorem Pythagoram dixit: addit non hunc Pythagoram, sed Pythagoram Spartiatam, qui stadium in Olympia uicisset, Olympiade sextadecima, cuius anno tertio Numa in regnum constitutus est, in Italiam errabundum uenisse, Numæq; congressum, ac simul regnum constituisse. Quare nonnulla ex Laconibus Romanis instituit, doctore Pythagora, admixta sunt. & reliqua. Sed ut de euocatione Numæ in regnum, aliquid dicamus, ex historijs nostris mutuabimur. Post mortem Romuli, cum inter reges per annum regnassent, & plebs regem exposcere, permissa est populo potestas. Decreuerunt enim patres, ut cum populus regem iussisset, id sic ratiū esset,

**A** si patres auctores fierent. Tum interrex concione aduocatus. Quod bonum, faustum, felixque sit, inquit, Quirites, regem create, ita patribus usum est. Patres deinde, si dignum, qui secundus à Romulo numeretur, creabitis, auctores fient. Ad eod id gratum plebi fuit, ut ne uicti beneficio uiderentur, id modò scia fecerent, iuberentque, ut senatus decerneret, qui Romæ regnaret. Inelucta iustitia religioque ea tempestate Numæ Pompilij erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus uir, ut in illa quisquam uetat esse poterat, omnis diuini atque humani iuris. Audito nomine Numæ, patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumpto, uidebatur, tamen neque se quisquam, nec factionis suæ alium, nec denique patrum, aut ciuium quemquam præferre illi uirò ausi, ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitis sicut Romulus augurio urbe condenda, regnum adeptus est. De se quoque deos consulti iussit. Inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem, lapidem ad meridiem uersus confedit. Augur ad læuam eius capite uelato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduincum tenens, quem

lituum appellarunt. Inde ubi prospectu in urbem agrumque circumspexit, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinauit. Dextras ad Meridiem partes, læuasque ad Septentrionem esse dixit. Signum, contra quod longissime conspectum oculi ferebant, animo finiuit. Tum lituo in læuam manum translato, dextra in capite Numæ imposita, precatus ita est: Iupiter pater, si fas est hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, uti tu, signa nobis certa ac clara sint inter eos fines quos feci. Tum peregit uerbis auspicia, quæ mitti uellet quibus misis, declaratus rex Numa de templo descendit. Qui regno ita potius, urbem nouam conditam uel armis, iure legibusque ac moribus de integro condere parat. Sed hæc hætenus quæ ideo retuli, ut his quoque Commentarijs adderem morem creatorum regum. Siue monente: instruyente, seu docente.

Egeria sua, quam suam coniugem esse fingebat. Egeria enim (ut Dionysius inquit) fabulati sunt nympham quandam fuisse, Numam docentem sapientiam regiam. Alij non nympham, sed Musarum unam. De ea tamen plura inferius dabitur dicendi locus.

**N**T O. Sed tamen errabant

**B** etiam tunc tempora, donec Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit. nondum annus solis cursui accommodatus fuerat. Lege Macrobius et Solinum. Iulius Cæsar postea rem tantum suscepit, impleuitque. Sed tunc quoque per sacerdotes uitio admissio, Augustus annum reformauit. Non pigeret uarios intercalantium errores referre, nisi ueremur, ne et ipsi obiter erraremus, lectori fastidium affrentes. Ille deus, Iulius Cæsar, qui in deos relatus est, ut diximus supra, quod Iupiter promiserat Venere. ut: Hunc tu olim cælo spolijs Orientis onustum Accipies, secunda uocabitur hic quoque uotis. Nec deus ignotas hospes inire domos. Sensus est: Voluit deus cælum inire non hospes, hoc est, cæli penè ciuis eo præcognito. Moras solis: omne tempus quod absimitur, donec sol à Capricorno per Cancrum redit ad Capricornum. Exactis notis, signis exquisitis. Est enim exigere interdum exquirere, ut, Tempus secum ipsa mouitque; Exigit, et, Socijsque, exacta referre. Sunt autem omnium anni dierum notæ in Fastis, quæ colliguntur trecentæ sexaginta quinque, quibus anno intercalari unam adijci Cæsar instituit.

Et pleno tempora quarta die, plenum diem è quatuor temporibus. Est enim figura Hypallage. Dicit autem diem qui conficitur ex quadrantibus quatuor, ut diximus supra, uocaturque dies intercalaris, quoniam ut ratio solis conueniat, interponitur.

**C** Sed tamen errabant etiam tunc tempora, et c. Post Numæ ordinationem anni errare uidebantur tempora, quod à solis cursu annus non conficiebatur. unde ceptum est intercalari Græcorum more. et in hoc etiam erratum est. Cæsar, qui in deos referendus erat, rem dignam se ratus, ut cælum prænosset, obseruauit cælestia, et in primis solarem cursum, incrementum et decrementum dierum. Nam cum sol à Capricorno in Cancrum uenit, dies crescunt; decrescunt uero, cum à Cancro in Capricornum redit. Sic perpetua alternatione obseruata, ad eius rationem annum ciuilem constituit, superaddito intercalari die in fine quarti cuiusque anni, ut diximus etiam superius. Sed tamen etiam tunc, eo tempore à Numa ad Cæsarem. Errabant tempora, quia annus ad solis cursum non perficiebatur; et mens

**Sed tamen errabant etiam tunc tempora, donec Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit. Non hæc ille deus, tantæque propaginis autor Credidit officijs esse minora suis. Promissumque sibi uoluit prænoscere cælum, Nec deus ignotas hospes inire domos. Ille moras solis, quibus in sua signa rediret, Traditur exactis disposuisse notis. Is decies senos ter centum & quinque diebus Iunxit, & expleto tempora quinta die.**

ses uerni, factum est eo errore, ut hyberni alio quando essent. Donec, usquequo. Hæc quoque cura Cæsaris in multis, hæc etiam inter multas curas tam bellicis quam urbanas.

Fuit una: quasi fuit inter ceteras præcipua, ut annum ad certiore ordinem redigeret. Sed cum intercalationibus effectum erratum, rem emenda-

uit Augustus, sublato omni errore intercalari, ut diximus in primo quoque libro. Ille deus, Cæsar, qui iam in deos relatus est.

Et autor tantæ propaginis, tantæ sobolis, quasi pater Augusti, auus Tiberij, et proauus tuus à Germanice. Non credidit hæc, hanc temporum curam. Esse minora: quasi minus digna se, bene conuenientia. Suis officijs et muneribus et actionibus imperatorijs, tam in rebus bellicis quam urbanis. Voluit Cæsar prænoscere cælum antequam ascenderet, uoluit cognoscere indagazione et obseruatione siderum, et cæli rationem. Promissum sibi. Nam promiserat id Iupiter Venere à temporibus Aeneæ, quod à Virgilio refertur, Iouem loquentem introducens: Hunc tu olim cælo spolijs Orientis onustum Accipies. Nec deus, nec uoluit ipse Cæsar. Hospes, tanta quam hospes et peregrinus. Inire, ingredi. Domos ignotas, sed præcognitas: uoluit prænoscere loca cælestia, ad quæ uenturus erat. Ille traditur, dicitur. Disposuisse notis exactis, signis et terminis diffinitis et constitutis. Moras solis, hoc est, tempora quæ eundo et redeundo sol absimit. Aut ipsa solstitia intellige, hybernum et æstiuum. Fuit enim remoueri sol uidetur, ante octauum calendarum Iuliarum, et ante octauum calendarum Ianuariarum. Quibus moris, quibus solstitijs. Rediret in sua regna, rediret sol è Cancro in Capricornum, et è Capricorno in Cancrum. Ab his igitur conuersionibus solis. Nam conuertit se sol ex inferiore gradu Capricorni ad altiore gradum Cancri, sic ex Cancro in Capricorno. Ideo Græci solstitium æstiuum dicunt, cum tempore conuersio sit. Cæsar constituit spacium ciuilis anni. Is, Cæsar. Iunxit, ad anni terminationem. Decies senos sexagenos dies.

Ter centum et quinque diebus, coniunxit simul trecentos sexagintaquinque dies. Et tempora quinta, quintos quosque annos.

**A** annos. Die expleto, die integro, qui tunc intercalatur. Vt dum haec proficeremur, quod potius casus, quam ratio deduxit: eo enim die hunc locum legimus, qui quidem dies ad intercalationem Februario superadditus est, anno Salutis 1476. Tempora quinta, dixit: non quod quinque annis fiat intercalatio, sed quaterannis,

**A N T O .**

In lustrum accedere debet: quarto anno intercalari debet consummata, id est, perfecta: ex qua drantibus dies. De lustro diximus supra. Si licet occultos, &c. Verecunde petit à Marte, quod ob causam matronae calendis Martias colant.

Officijs uirilibus, bello. Vnde Numa (ut Plutarchus arbitratur) iudeo Martium à Marte cognominatum è prima sede mutauit, quod in omnibus uellet rem urbanam bellicam in honore praeferrari. Ianus enim, unde Ianuarius nomen habet, dicitur feruere & syluestrem

cultum in urbanum ciuilemque mutasse. Dic mihi, matronae cur tua festa colant. Cum Romulus aduersus T. Tatium pugnantem, fugientibus Romanis, Ioui Statori aedem uouisset, exercitus restituit, & raptae in medium processerunt, ac pacem conciliarunt. Quam ob causam dicatas matronis calendis Martias putant, et matronalia sacra (ut inquit Plutarchus) eis tributa, compositi belli monumentum. Hinc est quod Horatius dicit, admirari Meccenatem, ut ab eo calendae Martiae celebrentur, qui matronam, id est, uxorem non habeat, ut: Martias coelebs quid agam calendis. Sciendum, matronam differre à matrefamilias. Matronam enim diuam proprie tradiderunt, ut placet Aulo Gellio, quae in matrimonium cum uiro conuenisset, in eoque matrimonio mansisset, etiamsi liberi nondum nati forent. Matrem autem familias eam esse uolunt, quae in mariti manu mancipioque est, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium

**C** tantam, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum uenissent. Alij matronas, uirgines nobiles dicunt eademque matrefamilias, quae in matrimonium per coemptionem uenerunt, & per quandam iuris solennitatem in mariti filiam migrarunt. Vlpianus autem: Matrefamilias, inquit, accipere debemus eam, quae non inhonestè uixit, quanquam à ceteris foeminis mores discernunt. Vnde nihil intererit, nuptiae ne sit, an uidua, ingenua an libertina. nam neque nuptiae, neque natales matrefamilias faciunt, sed boni mores. Nonius ueteres inquit matronam accepisse, quae semel peperisset: matrefamilias, quae saepius. Matronarum (ut ait Seruius) criminales uitae erant, quae meretricibus non dabantur, similiter & stolas. Vnde Festus: Matronas, inquit, appellabant eas ferè, quibus stolas habèdi ius erat. Haec (ut auctor est idem Festus) à magistratibus non summoueantur, ne pulsari contrae ariisque uiderentur, ne ue grauidae concuterentur: nec earum uiri sedentes cum uxoribus in uehiculo, descendere cogebantur. Eodem autem autore, matrefamiliae non antè dicebatur, quam uir eius patrefamiliae dicitur esset, nec plures possunt hoc nomine in una familia appellari, quo nec uidua, nec quae sine filijs est, uocari potest.

**D** In dextra missilis hasta fuit, quia relaturus est bellum Sabinorum, quorum est curis, id est hasta, unde Romulus Quirinus dicitur. Nec piget incepti, &c. Liptote est, & hoc dicit: Plas-

**Hic anni modus est: In lustrum accedere debet.**

**Quae consummatur partibus una dies.**

**Silicet occultos monitus audire deorum**

**Vatibus, ut certè fama licere putat:**

**Cum sis officijs Gradiue uirilibus aptus,**

**Dic mihi, matronae cur tua festa colant.**

**Sic ego, sic posita dixit mihi casside Mauors,**

**Sed tamen in dextra missilis hasta fuit:**

**Nunc primum studijs pacis deus utilis armis**

**Aduocor, & gressus in noua castra fero.**

**Nec piget incepti, iuuat hac quoque parte morari,**

**Hoc solum ne se posse Minerua putet.**

**Disce Latinorum uates operose dierum,**

**Quod petis, & memori pectore dicta nota.**

**Parua fuit (si prima uelis elementa referre)**

**Roma, sed in parua spes tamen urbis erat.**

hoc est, in fine cuiusque anni: sed quia de quinto in quintum, numerando utrumque intercalatum. Vt quartam febrem dicimus, quia de quarto in quartum, & tamen duo sunt intermedij dies: sed numeratur à die febris ad alteram febrem. Ita ab anno intercalationis ad alteram intercalationem. Ideo subdit.

et maiorem in modum uersari nunc in studijs pacis, ne Minerua mihi anteferatur, quae & bello & paci praestet. Latinorum uates operose dierum: cuius opera, id est, labor absunitur circa Fastorum dies. Spes huius, magnifica, ut nunc est. Propertius: Omnia Romae cedent miracula terra, Natura hic posuit, quicquid ubique fuit.

**Hic anni modus, terminus & diffinitio anni.** Dies una, intercalaris. Quae consummatur, perficitur et expletur. Partibus, senis cuiusque anni horis.

**Sic in fine quarti anni accipitur una dies integra.** Debet accedere in lustrum, in quinquennium. Nunquam in fine quinquennij addatur dies, sed numerando ab intercalato ad intercalatum, efficies quinarium numerum, ut à 76. ad 80. quinarium compleueris. Si licet, &c. Cum uideatur Poeta iam satis euagatus in hac anni disputatione, redit ad instituta, hoc est, ad ipsa festa. Calendis enim Martijs Martis festum à matronis celebratur. Causam Poeta ab ipso Marte requirit: non enim conuenire uideatur, ut mulieres colant festa dei armorum praesidis. Si licet, si fas est uatibus. Audire occultos monitus deorum, arcanas deorum instructiones & eruditiones. Vt certè fama putat liceret: ut dicitur, & arbitratur omnes licere, cum & uates habeant aliquid numinis. Dic mihi de Gradiue, de Mars. Et in fine superioris libri diximus, quare Mars Gradius dicitur, uel à gradiendo, uel à *gradivus*, uel à gramine. Cum sis aptus officijs & uiribus, per Endiadin, hoc est, officijs uirilibus, nam inde Mars à maribus dicitur. Cur matronae colant, celebrent. Tua festa, calendis tui mensis, quo die est tuum festum. Sic ego, &c. Vbi ita precatus est Poeta, Mars deposita, ut ille orauerat, galea, respondit, & haec primum inquit: Aduocor nunc primum in pacis studia, qui bellis praesum, placetque studio & pacis & militiae praesse, ne id soli Palladi ascribatur. Disce igitur quod tu studiose poeta requiris. Et relaturus causam, ab urbis principio receptit. Sic ego, loquutus sum. Sic dixit Mauors, Mars magna uortens. Posita casside, galea, ut superius orauerat, Et nitidas casside solue comas. Sed tamen hasta missilis fuit in dextra: ne penitus ab armis discederet, deposuit galeam, & retinuit hastam. Missilia tela dicimus, quae longè mitti possunt. Deus utilis armis: ego qui bellis praesum, & utilis sum in re militari.

**Nunc primum aduocor studijs pacis: ad pacis officia, qui semper exercui bellica.** Fero gressus in noua castra, in militiam pacis, & poeticam. Fero gressus, dixit, ut alluderet suo cognomini, cum Gradius à gradiendo dicatur. Non piget incepti non mihi graue est, prosequi quod aggressus sum. Iuuat, delectat. Morari, in mora detineri. Hac quoque parte, haec etiam militia literaria, & pacis studio. Ne Minerua, Pallas: à minando, siue minuendo, ut alijs dictum est. Putet se solam posse

**A** hęc putet se solam posse utrumque, & armis & paci, seu literis  
præesse. Disce tu uates operose, studiosæ. Dierum Latino-  
rum, fastorum Romanorum. Quod petis, hoc est, causam, cur  
matronæ colant mea festa. Et nota dicta pectore memori-  
quæ ego dicam, memoria teneas. Parua fuit, & c. Causam ip-  
sam aggrediens, principium ab urbis initio sumit, usque ad rap-  
tum Sabinarum, pro quo illata sunt Romanis bella. Sed cum  
raptæ iam matres essent, bellum diremerunt, de quo paulo pōst.  
Addit & alias duas causas: uel quod illa de eo mater fuerit, uel  
quia Iuno est eius mater, qua ratione matres colunt festum.

Nunc hoc primum dicit, ab initio Romam fuisse parua, sed in  
illa sperabatur futura magnitudo. Regiamq; Romuli fuisse ca-  
sam exigua, & palustri canna, & in stipula solitum requiesce-  
re, inde tamen cœlum ascendisse. Cætera suo ordine prosequemur.  
Parua, inquit, fuit Roma, si uelis referre prima elemen-  
ta: quasi si uelis memoria repetere ipsa urbis primordia. Sed  
in parua, quanta tunc fuit. Erat spes huius, tanta quanta nunc  
est: quia ab illa parua futuram banc urbis ma-  
gnitudinem spera-  
bamus.

**T**O. Aspice de canna stra-  
minibusq; domum. Vir-  
gil. in 8. Aencid. Romu-  
leoq; recens horrebat re-  
gia culmo. Vbi Seruius  
ait, curiam Calabriam  
dici, quam Romulus te-  
xerat culmis. Ouidius su-  
pra Romuli regiam ca-  
sam uocauit. ut, Dum ca-  
sa Martigenam capie-  
bat parua Quirinum.  
Hęc postea summa ap-  
ud Romanos religio-  
nis fuit. Et tamen ex  
illo uenit in astra toro:  
quia non diuitijs, sed uir-  
tute, cuius comes est glo-  
ria, cœlum petitur. Ea  
est, quæ iter pandit ad su-  
peros, teste Seneca.

Mœnia iam stabant populis angusta futuris,  
Credita sed turbæ tunc nimis ampla suæ.  
Quæ fuerit nostrî, si quærîs, regia nati,  
Aspice de canna straminibusq; domum.  
In stipula placidi capiebat munera somni,  
Et tamen ex illo uenit in astra toro.  
Iamq; loco maius nomen Romanus habebat,  
Nec coniunx illi, nec focer ullus erat.  
Spernebat generos inopes uicinia diues,  
Et malè credebar sanguinis autor ego.  
In stabulis habitasse, & oues pauisse nocebat,  
Iugeraq; inculti pauca tenere soli.  
Cum pare quæq; suo coeunt uolucresq; feræq;  
Atq; aliquam de qua procreet anguis, habet.  
Externis dantur connubia gentibus: at quæ  
Romano uellet nubere, nulla fuit.

sobolem propagare, Ro-  
manus ipse nō habebat.  
non repudiantur exter-  
ni, repudiabatur Roma-  
ni. Cum ita fieri uideret,  
inspirauit mentem filio,  
initoq; consilio rapuit il-  
le uirgines. Hęc nunc in-  
quit Mars. Vfus est hac  
insinuatione, ut ostendat  
iustam fuisse causam ra-  
piendarum uirginum.  
Iamq; Romanus habe-  
bat maius nomen loco:  
erat populus Romanus  
iam maioris nominis &  
fama, quam ipsa re lo-  
cus esset: erat enim urbs  
parui nominis. Nec  
illi, Romano. Erat  
coniunx, nec ullus focer:

nec coniugem, nec focerum habebant, quia contrahere affinita-  
tem cum his nemo uolebat. Diues uicinia, Sabini & finitimi.  
Spernebat inopes generos: contemnebant illi, & repudiabant  
Romanos generos, cum essent inopes. Et ego, Mars. Malè  
credebar, non credebar. Autor sanguinis: nemo credebat  
Romulum esse filium Martis. Et Liuius inquit: Romulus legatos  
circa uicinas gentes misit, qui societatem connubiumq; nouo po-  
pulo peteret: urbes quoq; ut cætera, ex infimo nasci. Deinde qua  
sua uirtus ac diuinitas, magnas opes, magnamq; nomen sibi fa-  
cere. Satis scire, origini Romanæ & deos affuisse, & non desu-  
turam uirtutem. Proinde ne grauarentur, homines cum homini-  
bus sanguinè ac genus miscere. Nusquam legatio benignè audita  
est, aded simul omnes spernebant, simul tantam in medio crescen-  
tem molè sibi ac posteris suis metuebant. Plerisque rogitantibus  
dimissi, eequod fœminis quoq; asylū aperuissent. id enim demum  
compar connubiū fore, & c. Nocebat, Romulo. Habitasse  
in stabulis, cum pastoribus. Et pauisse oues. nam educatus à  
Faustulo inter pastores, aliquando oues pauisse creditur. & id il-  
li nocebat, quia pudebat finitimos affinitates contrahere. Et  
nocebat tenere iugera parua, habere exiguum agrum. Iugera  
tamen est, quantum uno iugo boum exarari potest. Soli inculti,  
non prius cultæ terræ. Ipsa ergo inopia cogebat habere repul-  
sam. Et contemnebant eos, & erant (ut Dionysius inquit) uicinae  
urbes Romanis infensæ. Tentauit Romulus & illas cœciliandas,  
& ad propagandā sobolem, contrahere cum illis coniugia. Quod  
cum aspernarentur, Numitorem consuluit. Statutumq; ut per ra-  
ptum uirginum promiscuum affinitates iungerent, quod uim il-  
latam ferrent a quore animo. Cætera paulo pōst. Quæque  
uolucres, & quæque feræ coeunt cum suo pare: aues, & syl-  
uestres bestia habent paria, cum quibus iungantur. Atque  
anguis, serpens. Habet aliquam de qua procreet. Mouet  
hoc loco commiserationem in Romanos, & indignationem in  
finitimos.

Spernebat generos, & c. Liuius scribit, misisse Romulum, qui so-  
cietatem connubiumq; nouo populo peterent, legatosq; nusquam  
benignè auditos. Externis dantur connubia gentibus. Non ui-  
debatur negandum Romanis, quod in Italia concedebatur Græ-  
cis & Barbaris. Dicuntur hæc ad excusationem Romuli, ut ui-  
deatur ad rapiendas Sabinas necessitate compulsus.

**V**L. Iam stabant mœnia: Romana, à Romulo condita. Angu-  
sta, arcta: quia exigua tunc urbs, quæ tantum mille passus ambi-  
tu complederetur. Sic erant tunc angusta futurae multitudini.  
Populis futuris: quasi quæ capere non posset futuram multi-  
tudinem, aded coaluit populus Romanus. Sed tunc, in ipso prin-  
cipio. Credita sunt nimis ampla turbæ suæ: etsi per exigua e-  
rat urbs, tamen ampla & spaciota erat nimis ipsis cōditoribus  
quia non erant tot cum Romulo, ut eam implere possent. Si  
quærîs, quæ fuerit regia, domus regis. Nostrî nati, Romuli.  
Aspice domum de canna, extructam è palustribus cannis.  
Et straminibus: nam stramine & tecla & instrata. Casa Romu-  
li cannis & uiminibus cōstructa, magna fuit apud posteros reli-  
gioni: & quoties de ea aliquid uetustate fœdabatur, sacerdotes in-  
staurabant, ut integra seruarietur. Ideo Mars, Aspice, dixit, quia  
etiam tunc supererat. De ea plurà diximus in primo libro. Ca-  
piebat munera placidi somni: quasi dormiens Romulus requiesce-  
bat. In stipula. Et est commendatio Romuli à modestia & fru-  
galitate: quia non regio luxu & ornatu utebatur domi, non deli-  
catè uiuebat, sed duriter: non in plumis, & sericis toris, sed in sti-  
pula requiescebat. Et tamen ex illo toro, ex illa stipula. Ve-  
nit in astra, relatus est in deos. Iamq; loco, & c. Iam cœperat  
Romanū nomē apud finitimos extolli, maiusq; habebatur, quam  
re esset: iunctæ tamen affinitates cum quoquam minime erant,  
cum uicinae ciuitates contemnerent Romanos generos, nec Ro-  
mulus habebatur Martis filius. Educatio præterea pastoralis, et  
inopia nocebat. Aues & uenenata animalia habet, unde possint

A finitimos: quod et ferae, et serpentes, quibus nihil est truculentius, habent parem, unde sobolem possint propagare, et Romanis miseris iniuria finitimorum coniugia non dantur. Connubia, matrimonia: hoc est, ipsae coniuges. Dantur externis gentibus: non negantur coniugia ab Italis, his qui Itali non sunt. Bos

ANTO. Festa para Conso.

Consualia dicit, quae (ut scribit Plutarchus) decimo quarto calendis Septembris celebratur, quod eo die Sabinae raptae fuerint, Consualibus simulatis, hoc est, ludis, quos (ut inquit Festus) in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. Videns enim Romulus deesse coniugia, per legatos ea petijt (ut diximus) à finitimis ciuitatibus. Quibus negatis, in honorem Consi, id est, Neptuni equestris, ut quibusdam placet, Consualia simulauit. Ad quae cum utriusque sexus multitudo conuenisset, dato signo, uirgines raptae sunt. Ara Consi in Circo maximo fuit, autore Plutarcho: qui deus templum

B habuit subterraneum et opertum, quia non solum Neptunus equestris dicebatur, sive Posidon, ut Dionysius scribit, unde in eius honorem ludi equestris celebrabantur: sed consiliorum deus, teste Seruio. Nouimus autem, oportere arcanum ac tectum esse consilium. Quare Fidei panno uelata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet, et uelata. Ferunt autem Romanos ideo dicato Consi simulacro Sabinas rapuisse, ut initum de rapiendis consilium tegetetur. Ad huius dei aram in equestribus tantum certaminibus dabatur accessus, cum reliquo anni tempore lateret. De hac Varro: Consualia, inquit, dicta à Conso, quod tum feriae publicae ei deo, et in circo ad aram eius à sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinae raptae. Sanè Neptunus Hippius, sive Bquester

† Medusa dicitur esse, teste Festo, uel quod Pegasus ex eo et Pegafide natus sit, uel quod equuleus (ut putant) loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuorauit: uel quod tridentis icu terreae equum exciuerit, cui ob hoc in Illyrico nono quoque anno quaternos equos in mare iaciebant. Consualibus equi et asini coronis ornabantur, et oculari permittebantur, autore Plutarcho: quoniam instituta nauigatione, cum multa nauibus ueberentur, ocium quoddam et remissio iumentis data est. Plura de his ludis lege

C apud eundem Plutarchum, ac Dionysium: nam Liuius paucis rem expedit. Consus tibi caetera dicit: deus consilij in ipsa ludorum celebritate suppeditabit, quae agenda fuerunt, ne desint coniugia. PAVL. Indolui, aegre tuli. Et Romule. per Apostrophen. Dedi tibi mentem patriam, inspirauit tibi mentem et consilium meum.

\* Patriam mentem: Mauortiam, ut ui parares, quod legibus non liceret. \* Dixi, tolle preces, noli amplius precari finitimos. Arma dabunt quod petis, ipsas coniuges, quasi experias re uiolentiam, quia uim illatam ferent a quiore animo. Hoc autem consilium fuit Numitoris. Para festa Conso, deo consiliorum. Consus dicit tibi caetera, ipse consilij dies inspirabit tibi quid sis factururus. Illo die, ludorum scilicet. Dum canes sua festa sacra: dum tu celebrabis eius sacra, tunc ipse consilium tibi suggeret. Huius diei festa Consualia dicta sunt, de quibus Varro: Consualia, inquit, dicta à Conso, quod tum feriae publicae ei deo, et in circo ad aram eius à sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus uirgines Sabinae raptae. Et Pompeius inquit: Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilij putabant. De hoc Dionysius: Primum, inquit, deo arcanarum consulationum duci, si dolus sibi ex sententia eueniret, sacrificium quod

D tannis, et ferias agendas uouit. Postea uero senatui rem aperiens, ubi ipse etiam consilium illud placuit, diem festum et ludos indicens Neptuno agendo, circummisit in urbes proximas, euocans quicumque uellent et certaminum et mercatus esse partici-

enim appellamus externos, qui in nostra regione non sunt. Et historiici uocant externos, quicumque non sunt Itali. At nulla fuit, quae uellet nubere Romano: nulla fuit, quae uellet matrimonio iungi Romanis ciuibus.

pes. etenim cuiusque generis certamina adurus erat, equorum et hominum. Conuenientibus itaque ad ludos hospitibus multis cum uxoribus et filiis, ubi sacra Neptuno

peregit, et certamina die ultimo, quo nudinas dissoluturus erat, iuuentuti edicit, ut cum signum extulisset, uirgines quae raperent, quascumque contingerent, seruaerentque: ipsas omnes ea nocte castas, dieque postero ad se ducerent. Diuini igitur per compita iuuenes, ut elatum uidere signum, ad raptus uirginum repetere discurrunt. Ingensque statim secuta est perturbatio, fugaque, hospitium, malum aliquod maius suspicantium. Productis autem sequenti die uirginibus, ignominiam earum consulens Romulus, quod non ad contumeliam, sed ad nuptias raptae essent, et equum esse censebat, ut datos eis uiros à fortuna diligerent. Dinumcratisque postea puellis, sexcentis et octoginta tribus numero inuentis, uiros caelibes totidem delegit, quibus puellas ipsas secundum leges patrias uniuscuiusque earum, consuetudinesque locauit, in communionem patris et aquae connubia ipsa concilians, sicut etiam hucusque faciunt. Et paulo post: Sacratam illam solemnitate nunc etiam Romani perficiunt, Consualia uocantes, in qua etiam ara subterranea constructa, iuxta circum maximum, circumfossa terra, sacrificijsque igneis, et solennitatibus colitur, cursuque equorum agitur iunctorum et non iunctorum. Vocatur autem is deus, cui bac periticiuntur, Consus à Romanis: quem quidem interpretantur in linguam graecam, Posidona Syfichthona esse dicunt. Et Liuius prosequitur ad ea quae adduximus: Aegre id Romana pubes passa, et haud dubie ad uim res spectare coepit. Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, et gritudine animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes, Consualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet: quantoque apparatum sciebant, aut poterant, celebrabant, ut rem claram exspectatamque facerent. Multi mortales conuenere studio etiam uisendae nouae urbis, maxime proximi quique. Ceninenses, Crustumeni, Antemnates. Iam Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus uenit. Inuitati hospitaliter per domos, cum situm, moeniaque, et frequentem tectis urbem uidissent, mirantur iam breui rem Romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit, deditaeque, ed mentes cum oculis erant, tum ex composito orta uis: signoque dato, iuuentus Romana ad capiendas uirgines discurret. Magna pars forte, ut in quemque inciderat, raptae. Quasdam forma excellentes, primoribus patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negocium erat, domos deferebant. Et Plutarchus inquit: It interea fama per finitimas urbes, quod sacram cuiusdam dei aram in subterraneo specu abditam offenderit: quem Consus Romani uocant, uel potius, ut Proculo placet, Neptunum equestre. Hanc igitur cum aperuisset, ilico sacra solennesque ludos simulat se facturum. Conuenit ex finitimis ingens multitudo cum uxoribus et filiis. Signum autem dederat Romulus, ut cum assurgeret, et purpuream chlamydem complicaret, omnes in Sabinas irruerent. Triginta à nonnullis raptas fuisse traditur, unde triginta curiae appellatae sint. Valerius Antias 537. fuisse tradit, Iobas uero 683. A quarum contagione Romulus penitus abstinuit, postquam Hersiliam unam habuit, ex qua duos filios genuit, alteram faemellam Promam uocatam, alterum Aolium dictum, ab ea ciuium multitudine conuocata, sed postea mutatis

lueris

**A** literis Abyllum uocatum. Reliqua uerò suis in locis satis amplè ac succinctè inferius prosequemur.

**NTO.** Intumuere Cures. Ab eo quod continet, id quod continetur accipimus, & à parte totum: hoc est, Sabinos, à Curibus eorum oppido. Cæterum Crustumini, Ceninenses, & Antemnates, ad quos iniuriæ pars pertinebat, bellum mouere. Sed (ut inquit Livius, nouissimum à Sabinis bellum ortum est, quod multo maximum fuit. Nihil per iram aut cupiditatè egerunt, nec ostenderunt bellum, priusquam intulerit. Raptæ autem dicuntur à Romanis triginta uirgines tantum: quamuis nonnulli raptas fuisse tradiderint quingentas et triginta septè, alij sexcentas & octoginta tres.

**B** Iamq; ferè raptæ matrum quoq; nomè habebant: omnes raptæ iam ferè pepererant, poterantq; non solum raptæ, sed & matres uocari. Dicitur Iunonis in ædem: in templum Iunonis, quò se conuenturas constituerant condixerantq;. Et sanè conditum, quod in communi est dictum, autore Festo. Quas inter mea sic est nurus ausa loqui. Herfiliam dicit, ex qua legimus Romulum duos filios suscepisse. Sed sciendum, omnes uirgines raptas, ut placet Seruio, excepta Herfilia, quam sublatam à marito Romulus sibi fecit uxorem. Hanc quidam aiunt Hostilio, claro inter Romanos homini nupsisse, teste Plutarcho. Quidam ipsi Romulo in matrimonium cecisse, & ex eo Promam & Abyllum peperisse. O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus. Exequat se inferioribus, ut beneuolentiam aucupetur, & quod uult, facilius persuadeat. Non ultrà lentè possumus esse piæ: si lentæ fuerimus, ac non exequamur citò, quod faciendum est, erimus & impie.

**VL.** Intumuere Cures, & quos dolor attingit idem. Dionysius inquit: Vbi de raptu uirginum, deq; connubijs in urbes proximas rumore uulgatum est, alias quidem id factum in iram uertit: alia, quo affectu id factum esset, considerantes, moderatè rem tulerunt. Recidit igitur res post tempus aliquod in bella, alia quidem facilia, unum uerò cum Sabinis maximum, atque difficile: sed exitus felix fuit, sicut Romulo prædixerant oracula. Et Livius scribit bella Romanis illata, & Romuli uictoriam de Ceninensibus, Antemnatis, & Crustumini, & subsequitur: Nouissimum bellum à Sabinis ortum, multoq; id maximum fuit. Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est: nec ostenderunt bellum, priusquam intulerunt. Cures, Sabini, à Curibus. Intumuere, indignati sunt ob eam acceptam iniuriam. Et quos, illi quos. Idem dolor attingit: hoc est, quibus ea erat iniuria & dolor communis, Ceninenses, Antemnates, & Crustumini, quorum etiam uirgines raptæ fuerant. Tum primum socer: Sabini, & alij, quorum raptis filiis Romani uxores acceperant.

Intulit arma generis, intulit bella Romanis. Exigit hic locus, ut de Curibus & de Sabinis ipsis aliquid dicamus. Ut Varro ipse recitit, quemadmodum ab eius liberto accepimus, uirgo quædam indigena, præcipui generis, in templum iuit Bnyaly, choræ agens. Bnyalium autem Sabini, & ab eis discentes Romani Quirinum uocant, nequaquam certum habentes ipsi, Mars ne sit ille, an alius quidam, similes cum Marte honores habens. Alij enim de uno deo bellicorum certaminum duce utraque putant dici nomina, alij autem duobus ea diuis bellicis imposita. In hoc itaque dei templo saltans puella subitò fit diuinatq; relinquens chorum, in aditum dei currit. Prægnansq; deinde ex deo (ut omnibus usum est) facta, filium parit Modium nomine, Fabidium

cognomine. Vir factus, forma quidem fuit non hominis, sed diui fuitq; bello omnium clarissimus. Capit deinde cupido condenda urbis. Magnamq; manum congregans, uicina loca incolentium, breui admodum tempore eas condidit, quæ nunc uocantur Cures: hoc nomine, ut nonnulli scribunt, ex deo, cuius eum filium esse sermo erat, urbi impositò. ut autem alij tradunt, à cuspides

queres enim Sabini cuspides uocant. Zenodotus autem Træzenicus historicus, imbricæ gentis indigenas habitasse ait circa agrum Reatinum uocatum. Pulsos deinde illinc à Pelasgis, in hanc terram aduenisse, ubi nunc habitant: mutantèq; nomen simul cum loco, uocatos esse

pro Vmbrijs Sabinos. Cato autem nomen Sabinorum genti impositum esse ait, ex Sabino Sangi diui gentilis. Hunc autem Sangum à quibusdam Pistium uocari, atque in prima eorum habitatione fuisse asserit uicum quendam uocatum Testrunam, prope urbem Amiternam positum, ex quo mouentes tum Sabinos in terram ait Reatinorum irrupisse, habitantibus simul cum eo Aboriginibus, urbemq; eorum clarissimam Corynas bello captam occupasse. Atque ex Reatino agro colonos emittentes, & alias condidisse urbes, in quibus habitabant sine muris: & hanc ipsam, quæ Cures dicuntur. Regionem autem obinere eos distantem ab Adriatico quidem mari ducentis ferme & octoginta stadijs, à Tyrrbeno uerò ducentis & quadraginta. Longitudinem autem eius esse ait paulo minus stadiorum mille. De alio sermone, qui in historijs est de Laconibus, qui illuc se transtulere, diximus in primo libro, in eo uersu, Protinus Oebaly rettulit arma Tati. Iamq; ferè raptæ matrum quoque nomen habebant, Tractaq; erant longa bella propinqua mora. Iam incæperant raptæ matres esse, cum ex Romanis filios peperissent: protractaq; erant diutius bella. Cumq; sæpe ambiguo Marte pugnatum esset, deindeq; essent acies ad pugnandum instructæ, mulieres, quarum causa bellum erat, conuenientes sine uiris in quendam locum, & consilia conferentes, ut Dionysius refert, in ea fuere sententia, ut uerba ipsa de reconciliatione apud utrosque inciperent. Re ad senatum delata, placuit eas legationis munere fungi. Harum princeps Herfilia fuit, quæ longa & miserabili oratione postulauit, ut uiris suis pacem concederent. Unde commoti sunt Sabinorum animi, & fœdera inita sunt. Plutarchus tacuit legationem hanc, sed inquit: Cum ambæ acies firmato impetu constitissent, mira res quædam, & spectatione digna stuporem omnibus attulit. Nam raptæ Sabinorum uirgines, cum id uidissent, raptis in ulnis infantibus, passisq; crinibus, diuino quodam instigante spiritu, cum lacrymis ac gemitu per medias acies peruolant, exhortantes modò patres, modò uiros, ut fœdatis iam acies dirimerent, & parcerent sanguini. Cuius rei admiratione moti, sistunt aciem, tela comprimunt, iras mittunt, animos colligunt. Cætera paulo post. Iamq; raptæ, puellæ Sabinae. Habebant ferè nomen quoque matrum: quasi iam pepererant, ut quæ raptæ dicebantur, matres quoque uocabantur, quibus iam nati erant filij. Et bella propinqua, à propinquis & affinis illata. Erant tracta, pro protracta & dilata. Longa mora, longo tempore. Vti & in Natali Romano dictum: Pugnatumq; diu dubio discrimine, donec Mater erat, quæ uirgo fuit, quæ raptæ Sabinae. Nuptæ, Sabinae, & cætera iam Romanis nuptæ. Conueniunt, coadunantur. In ædem Iunonis, in templum Iunonis. Dicitur, constitutam ab ipsis.

A ab ipsis. Inter quas nuptas. Mea nurus, Hersilia, cuius paulo antè meminimus, quæ erat uxor Romuli. ideo nunc Mars suam nurum appellat. Sic est orsa loqui, sic fari cœpit. O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus, Non ultrà lentè possumus esse piæ. Proponit Hersilia in mulierum coetu quæstionem, cum utrinque staret ad prælium instructa acies, consultarent quid decernendum esset, an uiduæ fieri uellent, an parentibus orbæ. Si enim patimur uiros uincere, efficiemur orbæ parentibus: si parentes, efficiemur uiduæ. Ut utrumque à no-

ANTO.

Sed utra di sint pro parte rogandi, Eligite. Proponit duo, quorum neutrum eligendum est, ut queratur tertium, id est, pax, qua nihil est salubrius. Viduæ fieri malitis, an orbæ: uiduæ, parentum uictoria, occidentibus uiris: orbæ, uincensibus maritis. Consilium dederat: quale id fuerat, sequentia indicant. Crinesq; resoluunt, ad mouendam misericordiam. ut: Interea ad templum non æque Palladis ibant Crinibus Iliades passis. Liuius: Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus sparsis, scissaq; ueste, uincto malis muliebri pauore, ausa se inter tela uolantia inferre, ex transuerso impetu facto dirimere infestas acies. Pignora chara. Quia nihil magis amatur à parentibus, quàm filij, qui sunt pignus parentum. Quasi sentirent: quasi intelligerent rem, quam per atatem reuera intelligere non poterant.

PAVL.

Stant acies: quasi iam ad pugnam instructi exercitus hinc parentum, hinc uirosum sunt. Sed eligite: quasi maturo consilio discernite & deliberate. Pro utra parte, pro qua duarum partium. Dij sint rogandi: an pro uiris, an pro parentibus.

C Hinc, ex hac parte. Coniunx tenet arma: quasi hic uirosum exercitus est instructus, & ad pugnam paratus. Hinc tenet arma pater: ex altera parte parentes armati, manus sunt ad pugnam collaturi. Bt querendum: quasi illud inquirendum, quod melius esse dicatis. An malitis, potius uelit. Fieri uiduæ, uiris diuise: quasi an uelit potius amittere uiros. An orbæ, sine parentibus. Orbem enim dicimus, re charissima priuatum: ut qui patrem, aut matrem, aut filios, quasi lumen amisit. Dabo, ego. Vobis consilium forte, quod laudem fortitudinis & magnanimitatis mereatur. Et piæ, cum laue quoq; pietatis. Consilium dederat. Hersilia id censuerat, ut legationis officium sumeret: aut ut Poeta & Liuius asserunt, ut in medias acies irent.

Parent, obediunt cætera omnes Hersiliae. Et resoluunt crines, dissoluunt & pandunt capillos. Et tegunt corpora mœsta, mœstiam præ se ferentia. Veste funerea, lugubri: qualis est usus in funere parentum aut uirosum. Iam steterant acies. De hoc ita Liuius inquit: Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus sparsis, scissaq; ueste, uincto malis muliebri pauore, ausa se inter tela uolantia inferre, ex transuerso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc uiros orantes, ne se sanguine nefando soceri generiq; respargerent, ne parricidio macularent patris suos, nepotum illi, liberos huius progenie. Si affinitatis, si coniugij piget, in nos uertite iras. Nos causa belli, nos uulnere ac cadum uiris ac parenti-

bis euitetur, pacem inter utrosque tractemus. Efficax fuit hæc Hersiliae propositio, quandoquidem utrumque euitandum esse facile persuasit. O raptæ pariter, quæ simul mecum raptæ fuistis. Quoniam tenemus hoc commune: quoniam hæc nota omnibus communis est, quia simul raptæ fuimus. Non possumus ultrà lentè, tardè. Esse piæ: quasi non possumus ulterius differre & dissimulare pietatem, quam hinc parentes, hinc exigunt uiri.

bis sumus. Melius peribimus, quam sine alteris uestrum uiduæ aut orbæ uiuamus: Plutarchus uero sic loquens introducit: Quid mali fecimus uiri? aut quid deliquimus patres? Necdum satis de nobis sumptu supplicium est? cum in tantum dedecus ac ignominia deuenimus, ut amisso pudore & pudicitia, alienis uiris raptæ premeremur, nisi & hanc quæque supremam omnium, ac infelicissimam calamitatem uestro telo, uestro sanguine perferas

mus? Si uindicandum erat horum scelus, si ulciscenda iniuria, si redimenda tanto sanguine captiuitas nostra, cur non ab initio aduersum nequissimos bestes uenistis? Cur contempsimus, cum recens erat scelus, & adhuc pudorem & uirginitatem nostram intra sua limina tuebamur? Sed expectastis scilicet, ut cum his uiris aliquo pignore deuinciremur, quo maiori postea mœrore ac molestia & maritis iam factis patribus, & uobis afficeremur. Quippe quæ tam nefando prælio, tam infestissimo ferro, communi sanguine ac parricidio partus nostros fœdari intueamur. Hæcime est paterna pietas? Hæcine liberorum amor? Hæcine connubij fides? Si salutem nostram petitis, si libertatem queritis, si pietatem colitis, mittite hos animos, mittite hæc arma, quæ non nisi in generos uestros, quasi in proprium sanguinem contulistis. Ne ue finite, ut sine his uiris uiuamus, ex quibus iam & liberos genuimus, & beneuolentiam & charitatem comparauimus. Ne ue in aliam seruitutem ac calamitatem concidamus. Hæc Hersilia unaq; cum cæteris locuta est. Iamq; steterant acies, instructi suis ordinibus ad pugnam fuerant exercitus. Parata ferro, armis exercendis. Et mortis, ad mortem: quasi ad inferenda suscipiendaq; uulnera & mortem. Iam lituus erat datus us signa pugnae: tuba erat clangore ad pugnam acies motura. nam cum primum insensisset, conseruissent manus. Lituus est baculus incuruus, quo sedentes augures aubus templa designabant. & pro tuba etiam incurua ponitur. Virgilius: Et lituo pugnas insignis obibat & bestia. Et lituus ille Romuli baculus, qui post Romulum in medio incendio integer mansit. Sed de eo aliàs. Cum raptæ mulieres, quæ raptæ fuerant. Veniunt inter patres & inter uiros, irrupere in medias acies. ut in Natali: Tum properata manus conserta per agmina passis Crinibus ante patres charos, interq; maritos, Germanosq; ruunt, & dulcia pignora natos ostentant, cœlum magnis hinc questibus implent. Et tenent in sinu natos: quasi ferunt filios ex Remanis natos cœplexos. Chara pignora: quia nil charius filiis. Ut, postquã. Tenuere mediũ capiti: quasi fuere in medio capto, ubi paratæ erant acies. Capillis scissis &

**A** passis & scissis crinibus. Procubere, inflexere se. Genu in terram posito, more supplicum ante deos & reges summos. Et Dionysius post legationem & Herfiliæ uerba inquit: His diis procubuerunt omnes ad regis genua simul cum filijs, per manseruntq; buoni prostratæ, donec eas astantes erigerent, moderata omnia pro uiribus se facturos polliciti. Ita nunc Poeta

prociouisse eas dicit. Et nepotes, ipsi infantes, quos in ulnis ferebant mulieres. Tendebant, extendebant. Parua brachia ad auos suos, ad Sabinos. Blando clamore, leni uagitu, quo auorum mentes ad miserationem alliciebant. Quasi sentirent, quasi cognoscerent ipsos: aut quasi sentirent, de qua à matribus agebatur.

**N**TO. Posse coactus erat, exprimente uagitu primam aui literam. Tela uiris animiq; cadunt: ui pietatis, quæ penitus & in penetralibus animi reconditur. Liuius: Mouet res tum multitudinem, tum duces, silentium, & repentina fit quies. Socreri generis. Socreri dicti sunt, quod sibi generum associant. Generi, quod assumuntur generandi causa. Scutoq; nepotem Fert auus. Auus ab æuo nominatus putatur, quod à patre antiquior sit. Nepos uero dictus uidetur, quasi natus post. Oebalia, Sabina.

**Q**ui poterat, clamabat auum tunc deniq; uisum:

Et qui uix poterat, posse coactus erat.

Tela uiris animiq; cadunt: gladijscq; remotis,

Dant foci generis, accipiuntq; manus.

Laudatasq; tenent natas, scutoq; nepotem

Fert auus, hic scuti dulcior usus erat.

Inde diem, primasq; meas celebrare calendæ,

Oebalides matres non leue munus habent.

Aut quia committi strictis mucronibus ausæ,

Finierant lacrymis Martia bella suis.

Vel quod erat de me foeliciter Ilia mater,

Rite colunt matres sacra diemq; meum.

Quid? quod hyes adoperta gelu tum deniq; cedit,

Et pereunt lapsæ sole tepente niues.

Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,

Vuidaq; in grauido palmite gemma tumet.

Dant manus generis, Romanis. Et accipiunt quia alter alterius dextram tangebant. Generi autem & nurus appellatione, ut Vlpianus inquit, sponsus quoque & sponsa continentur. Item foci generis & socrus appellatione, sponsorum parentes contineri uidentur. Et titulo de Verborum significationibus: Generi, inquit, appellatione & neptis & proneptis, tam ex filio quam ex filia editarum, ceterarumq; maritus contineri manifestum est. Et tenent, ipsi Sabini parentes. Natas, filias.

Laudatas, dignas laude. Aut laudatas & commendatas ab eorum pietate, quæ bellum diremerunt, & honores ob id habiti, ut ab ipsis triginta curiæ denominarentur, licet sint qui aliter sentiant. Præterea ut ab omni labore essent liberae, præterquam à lanificio. Auus, Sabinus. Fert nepotem scuto: imponebat & ferebat nepotem scuto, uelut in cuna. Hic usus scuti, in ferendo in concordia & pace nepotem. Erat dulcor, quam fuerit in discordia & bello. Inde, ex illo. Matres Oebalides: Laconica, id est, Sabina. Nam ut Plutarchus inquit, Sabini Lacedæmoniorum coloniæ fuisse uolunt. Sed de hoc in primo latius. Habent non leue munus: habent ipsæ Sabina matres, & ab his progenitæ, magni hoc munus. Celebrare diem, & primas meas calendæ: diem calendarum Martiarum, mihi dicatarum. Sacrificabant Marti matres Romanæ calendæ Martiæ, non quod eo die essent Consualia, sed in honorem Martis. Nam ut Plutarchus inquit, constat tantum facinus perpetratum die octaua ac decima mensis Sextilis, quem nunc Augustum uocant, qua quidem Consou Consualia festa celebrabant. Hæc ille in uita Romuli. Sed ut ostendit in Problematibus, Problemate 26. eo die Consualiorum equos & asinos coronis exornant, & ocia risunt. Et hæc rationes adducit: An quod Neptunio Bquestri diem festum agunt. Asinus autem propter equum pari fruitur licentia. An illud potius, quod instituta nauigatione, cum multa nauibus ueherentur, ocium quoddam ac remissio iumentis data est. Aut quia committi strictis mucronibus ausæ, &c. Hac ratione matres Marti sacrificant, uel quia ausæ ingredi medias acies, bellis finem imposuere. Vel illic recordatione, quæ ex me Romulum peperit. Aut quia ausæ sunt, ipsæ matres. Committi strictis mucronibus, committere se euaginatæ ensibus. Finierant Martia bella: finem imposuerant bellis, quibus ego presum. Suis lacrymis, fletu & querelis suis. Vel quod ilia, uirgo Vestalis, Numitoris filia. Erat de me mater, pepererat ex me Romulum. Foeliciter: quia foelix fuit ille partus, qui erat tantam urbem positurus. Matres, Romanæ. Rite, ex ritu & consuetudine. Colunt sacra & diem meum, celebrant & sacrificant mihi calendæ Martiæ. Quid? quod

**A**VL. Qui poterat, ex illis infantibus. Clamabat auum: qui erat bimus aut trimus, ut per atatem posset uerbum proferre, clamabat auum, etiamsi uerbum non proferebat, uagiebat. Et allusit Poeta ad puerilem uocem: nam illa est a. sic prima litera uidebatur auum clamare. Tum deniq; uisum, quem tandem tum primum uiderat. Et qui non poterat, tunc uagire aut clamare. Erat coactus posse, cogebatur à matribus, ut uagiret & clamaret. Tela uiris animiq; cadunt, &c. Et Liuius: Mouet res tum multitudinem, tum duces. Silentium & repentina fit quies. Inde ad faciendum duces prodeunt. Nec pacem modo, sed ciuitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam, ita geminata urbe, ut Sabini tamen aliquid daretur, Quiritis à Curibus appellati, & reliqua. Badem ferè ab alijs quoq; referuntur. Tela & animi cadunt uiris: concidere arma è manibus illorum, & hostiles animi commoti supplici filiarum oratione, & nepotum aspectu. Et remotis gladij, raicæis utriusq; ensibus. Socreri, Sabini.

**A** hyems adopena gelatum deniq; cedit. Tertia ratio, cur matres celebrant calendis Martias: quia tunc est tempus fecundum, quo omnia uirescere incipiunt, & procreare suos fetus. Et quae fecunda est, aut fecunda esse cupit, principium fecundi temporis colit. Inde matres Marti eo die sacrificant. Quid, dicam scilicet. Quod hyems, hyemale tempus. Adopena gelum quasi quae terras glacie & niuibus tegit. Tunc deniq; cedit: cum ego referam uernum tempus, cedit tunc hyems. Et niues lapsae, collapsae: quia in aquas resolutae labuntur. Sole te

penite: qui tum tepidior sit, quam in hyeme fuerit. Pereunt, ab ipso sole liquefactae. Frones de tonsa frigore, quae rigore frigoris deciderant ex arboribus. Redeunt arboribus, quia renasci incipiunt. Gemma uuida tumet in palmitis uitis, turgescit in ipsis uitium sarmentis. Uuidum dicimus, quod habet humorem interius, sicut uita: humidum uero, quod exterius. Gemma pro oculo uitis ponitur, ut in primo diximus. Ipse tamen non potest dici uuidus, sed ex eo uuida nascuntur. Palmite tenero, dixit, propter redeuntem succum.

ANTO.

Militiam uotaq; &c.

Desiderat mulier partum, sicut & miles praellium: quantum non sine periculis illa ad partum, hic descendat ad praellium.

Excubias ubi rex Romanus habebat. Scripserunt quidam (ut ait Varro) Exquilias ab excubijs regis dictas. Alij, q; excultae a rege Tullo fuerint. Seruius enim Tullus, quae Solinus Exquilinum dicit, Quirinalem & Viminalem colles urbi addidit, et auxit Exquilias, teste Luitio: ibiq; ipse, ut loco dignitas fieret, habitauit. ubi & Virgilius domum habuit, autore Seruio, iuxta hortos Necessariorum, qui eo in loco ab eo constituti sunt ob aeris salubritatem, cum Exquilias

na regio ante sepulchris uacaret. Ab Exquilis Exquilina dicta est, una quatuor tribuum, in qua urbs a Seruio Tullo diuisa est. Haec fuerunt Suburbana, Palatina, Collina, Exquilina. Saene Romanus bello Sabino in Exquilis excubias egit. inde Exquilias dicitur. A nuribus Latinis. Nurus eo quod nubant, dicuntur nomen accepisse. Publica facta, sacra. Neq; enim existimare de beatus, unius diei spacio & coeptam eodem, & perfectam fuisse. Festus autor est, Iunonis eadem calendis Martijs coli coeptam. Quid moror, &c. Descendit ad ultimam rationem, qua docet, iure fieri, ut matronae calen. Martias colant. Gaudet florentibus, &c. Iuno floribus gaudet, unde creditur Mars tacto flore a Iuno ne coeptus. Hunc Festus existimare nonnullos refert Graduum dictum, quod gramine ortus sit, quod interpretatur, ut idem inquit, & nos diximus supra, quia corona graminea in re militari maxima honorationis est. Ego ex flore Martem conceptum fingi existimaui, quia se penumero de re nullius momenti concipitur discordia, & bellum oritur. Lucem Lucina dediti: quia ope Iunonis Lucinae partus in lucem editur. Si qua, &c. Non expectet quae grauidae sunt, parit tempus, ut tunc dicat, Iuno Lucina fer opes: serua me, obsecro: sed incipiat cal. mart. precari Iunonem, ut cum tempus aduenerit parit, eius ope partus molliter emittatur

PAVL.

Et herba quae diu latuit, hoc est, per hyemem sub terris fuerat. Latuerat tamen aut semen, aut radices, herba uero aruerat. Inuenit herba ipsa fertilis uias occultas, na subterraneas. Qua, parte scilicet: hoc est, quibus uis. Tollat se in auras: emergat in aera, & attollat se. Nunc, uerno tempore. Nunc, in uere. Ager est fecundus, parit fetus: quia nascuntur & crescunt fruges in spicas. Fecundus a faciendo dicitur, quod fructum faciat.

Quaerq; diu latuit, nunc se qua tollat in auras,  
Fertilis occultas inuenit herba uias.  
Nunc fecundus ager, pecoris nunc hora creandi,  
Nunc auis in ramo tecta laremq; parat.  
Tempora iure colunt Latiae fecunda parentes,  
Quarum militiam uotaq; partus habet.  
Adde quod excubias ubi rex Romanus agebat,  
Qui nunc Exquilias nomina collis habet;  
Illic a nuribus Iunoni templa Latinis  
Hac sunt (si memini) publica facta die.  
Quid moror? & uarijs onero tua pectora causis?  
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.  
Mater amat nuptas, matrum me turba frequentat:  
Haec nos praecipue tam pia causa decet.  
Ferte deae flores, gaudet florentibus herbis  
Haec dea: de tenero cingite flore caput.  
Dicite, Tu lucem nobis Lucina dediti.  
Dicite, Tu uoto parturientis ades.  
Si qua tamen grauida est, resoluta crine precetur,  
Ut soluat partus molliter ipsa suos.

Et uotum est ipsa in pariendo fecunditas. Na pro militia laborem partus significat, pro uoto desiderium: quonia partus mulierum laboriosus est, & desideratus. Adde, &c. Quarta ratio, quia cal. martijs in ualle Exquilina nuptae templum Iunoni Lucinae dedicarunt, pro assequenda fecunditate, de quo latius diximus superiore libro. Cumq; Iuno praesit nuptis, et sit Martis mater, iure ob Martis reuerentiam Marti mulieres cal. Martijs sacrificant. Agebat excubias, uigilias & custodias. Et superiore libro diximus, autore Varro. Exquilias dictas ab excubijs regis: uel ab eo, quod excultae a rege Tullo essent. Qui collis habet nunc nomina Exquilias: uocatur nunc Exquilias, ab excubando, seu excolendo. Illic, in Exquilis. A nuribus Latinis, mulieribus Romanis. Sunt facta templa publica Iunonis, publice fuerunt consecrata templa Iunonis Lucinae, de quibus superius. Haec die, si memini: calend. meis, si recte recordor. Quid moror, quid detines te in mora. Et onero tua pectora uarijs causis: quasi cur affero tibi tot rationes. Quod tu petis: quasi ratio huius rei. Ecce eminet ante oculos tuos: ecce tu me uides Iunonis filium, qui sum huiusce rei causa. Mater, Iuno. Amat nuptas: praestitit connubijs, & nuptae sunt illi curae, quia eas amat. Turba matrum frequentat me: celebrat diem meum, & frequentes eunt matres in eadem meam. Haec causa tam pia, qua pia matres me colunt. Praecipue, quasi in primis. Decet nos: & me & matrem, aut me Iunonis filium. Mars enim ex Iunone & gramine natus est, ut inferius dicemus. Ferte deae, &c. Hortatur nuptas ut Iunonem colant, ferantq; capita fertis coronata, praecenturq; ut parturientibus adsint, quo sine dolore possint partum edere. Ferte, offerite flores. Deae, Iunoni Lucinae. Haec dea, Iuno. Gaudet herbis floribus, gaudet

Nunc est hora, est tempus.

Creandi pecoris, redit enim amor, & coniunctionis appetitus pecoribus ipsis, & quod quidem, ut Cicero ostendit, commune est omnium animalium, procreandi causa. Parit ergo uerno tempore pecora, praesertim haedi & agni. Nunc autem parat in ramo, in ramis arborum. Tecta & larente ha, ut sit sub frondibus.

Larem, nidum: ut pariat in eo, et educet pullos. Lure, meridie igitur. Parentes Latiae, Romanae mulieres. Colunt fecunda tempora, celebrant principium ueris: hoc est, calen. meas, quae tempora sunt fetus referentia.

Quarum, mulierum. Militia & uota habet partus: quasi quarum studium

Marginal notes on the right edge of the page, including references to other works and commentary.

**A** gaudet offerri sibi flores, & floridas herbas. Cingite, coronate. Caput uestrum de tenero flore, fertis ex tenellis floribus contextis. Dicite, uos nupte. Tu Lucina dedisti nobis lucem: quia te duce ad lucem uenimus. Superiore libro diximus, Iunonem Lucinam Dianam esse. licet Diodorus Lucinam Iunonis filiam dixerit. & alio in loco poeta Lucinam à Iunone missam, & hic pro Iunone intelligi uelle, demonstrat. ratio est, quæ ex Macrobio sumitur, ueteres putasse Iunonem et Lunam eandem esse, quia Luna per aerem meat. unde *ἀέριον* nuncupauerunt

*ἀέριον*, quod æra secat. & Iuno aeris arbitra est, cui mensium initia consecrarunt, ut in primo libro diximus. Dicite, tu Iuno. Ades uoto parturientis: cum à parturiente uocaris, fer opem, & serua illam. Tamen si qua est grauida, cum Calen. ita Iunonem nupte precari debent, si qua ex his grauida esset. Precetur crine resoluto, crinibus solutis & passis. Ut illa, Lucina. Soluat partus suos, inclusum partum soluat, ut edere possit. Mollior, leniter, & sine ullo dolore.

**T**O. Quis mihi. Anno 02

tauo regni Numæ, cum pestis Italiam occupas, Romam quoque inuasisset. ferant breue scutum de celo lapsum in Numæ manus, qui se ait ex Begeria, misisset, scutum ad urbis salutem missum seruare oportere: a lys undecim ad eius similitudinem factis, quibus id miseretur, ne internosci posset. Datum est igitur negotium Mamurio in clyto s. bro summoq, artificibus ceteris diffidentibus desperantibusq, ut similia eius ancilia fingeret. Quod opus cum ille arte exquisitissima absolisset, ita ut neq, ipse Numa iam scutum cælesti dignosceret, & ei quodcunque peteret præmium, se exhibiturum polliceretur: artifex non pecuniam, sed gloriam pro mercede petijt, ut uidelicet Saly inter carmina suum nomen canerent. quod per multa tempora obseruatum est. In Saliorum enim carminibus, cum Pyrrhicis modulo absolutis Veturius Mamurius canebatur. Licet quidam dixerint, Veteram Memoriam cani, ut Plutarchus & Varro scripsere. Eidem Mamurio legimus diem consecratum esse, quo pellem uirgis ferebant ad artis similitudinem. Constat autem, Salios ancilia custodisse, quæ hoc tempore circumferre consueuerunt. Erant enim Martis sacerdotes à Numâ constituti, ac dicti Saly, non, ut quidam fabulantur, à uiro Samothrace, seu, Mantineo: sed à saliendo, quod (ut inquit Seruius) circa aras saliant & tripudient. Id enim in sacris quotannis & facere solent, & debent, ut inquit Varro, ubi suas uiter mouebantur conuersiones ac mutationes celeri & crebro numero robustè leuiterq, reddentes. Saltabatur autem in religio nibus, teste Seruio, quia nullam maiorem nostri corporis partem esse uoluerunt, quæ non sentiret religionem. nam ut canis ad animum, ita saltatio ad mobilitatem corporis pertinebat. Hic sacer dotes (ut ait Plutarchus) induti puniceis iunicis, æneisq, balteis succincti, æneas capitum galeas ferebant, ac paruus gladijs arma pulsabant: quibus, secundum Liuium, Numa tunicâ pictâ insigne dedit, & super tunicam æneis pectoris tegmen, idem dextra uirgam, leuâ peltam gerebat. de qua loco suo dicemus. Vergilius eos Herculi dedit, quamuis antiquitas sacrauerit Martis ut, Tum Saly ad cantum incensa altaria circum, Populeis adsunt euandæ tempora ramis. Quod rectè poetam fecisse, Macrobius docet: quod Hercules apud pontifices idem qui & Mars habebatur. & Obaldæ stellam Herculis uocent, quam reliqui omnes Martis appellant. Saliorum numerum Tullius Hostilius dicitur duplicasse, cum Numa duodecim tantum ex patricijs iuuenes speciosissimos ad id sacerdotium legerit. quod quanti fuerit, hinc facile coniectare licet. Quod Appianus Claudius ut triumphalis Saly usq, ad senectutem fuit, & pro gloria obtinuit quod inter col legas optimè saltaret. Neq, abhorruisse ab eodem sacerdote dis euntur, Africanus, & L. Florius & Bibaculus: quorum posterior tulit ancilia, præcedentibus, sex licetioribus, cum prætor esset. Hinc depulsa splèdidâ atq, opiparâ ab Horatio Saliaribus dicuntur: ut, Nunc saliaribus ornare puluinarum deorum tempus erit dapibus so dales. Saly autem hi sacer dotes non solum circa aras, sed per urbem, duodecim ancilia circumsferentes, ne illa firmo intuitu cerni

**Q**uis mihi nunc dicet, quare cœlestia Martis Arma ferant Saly, Mamuriumq, canant? Nympha mone nemori stagnoq, operata Dianæ, Nympha Numæ coniunx ad tua festa ueni,

possent. Nympha mone. Inuocat Begeria omnium Numæ consiliorum conscia, cum qua is credi uoluit se habere congressum, ac frui secreto eius colloquio, ut consilia, quibus respub. ab eo rege administrabatur, maximâ auctoritatem haberent. Ceterum nonnulli cum hydromantia usum existimant, ut futura prænosceret. Nemori stagnoq, operata Diana. Artemisium dicit Dianæ lucum, ut inquit Strabo, cuius templum sylua circumdata, cui lacus more pelagi studiuus adiacet. Dicebatur autem id templum ædificium Taurica, ubi Orestes Dianæ simulacrum collocauit, quod è Scythia Taurica creditur attulisse: sic dicta à Tauris, loco eius regionis: ut: Est locus in Scythia, Tauros dixere priores. Id simulacrum fasces calatum dicitur, quo tempore ab Oreste surreptum est. unde Dianâ Fasceliadem perhibent nuncupatâ. eadem & Aricina dicebatur, quæ haud longe esset ab Aricia. Item ut quibusdam placet, Nemorensis, à nemore Aricino. De quo ait Lucan. Qua sublime nemus Scythicæ, qua regna Dianæ. Et Cato in primo Origini, teste Prisciano: Lucum Dianium in nemore Aricino Begerius Libius Tuscianus dedicauit. Hunc Artemisium ueteres dixerunt à Diana, quæ Artemis dicitur, autore Macrobio, quasi aerotemis, id est aerem secans. ipsa enim est Luna, ut diximus supra. Vult autem Begeriam esse Dianæ Aricinæ ministram. Vide ait, Operata: quod interdum de sacris dicitur, autore Seruio. Est sanè Aricia oppidum non longe ab urbe, à qua distare dicitur ad decem milia passuum: & prope Albam, à qua distat stadijs uiginti. In eius nemore oppidum esse aiunt quod hodie dicitur Cynthianum.

**Q**uis mihi nunc. Hæc enim cum Marte locutus est. nunc scripturus festum Saliorum, Begeria nympha implorat, de qua paulo post. Et ut superius diximus, Numa sacrorum institutionis in octo partes diuisit. Sexta pars, ut Halicarnasens inquit, his distributa est, quæ uocatur à Romanis Saly, quos Numa ex patricijs creauit iuuenes 12. speciosissimos deligens, quorum sacra manebant in Palatio, uocantq, Palatini: hi quidè Agonales, à quibusdam Collini dicti, quorum sacrarium erat in Collino monte, post Numâ ab Hostilio rege cõditum ex uoto. hi Saly, oēs saltatores et laudatores armatorum deorum. Tunica uersicolore, balteis succincti æneis, apices capitibus, imponentes, pileos altos, quos græci cirbafias appellat: accincti oēs gladio: dextra lanceâ, aut uirgâ tenent, leuâ peltâ Thraciâ. ea est scuti cuneati specie, arctiora habetis latera, qualia fuerunt apud græcos, qui Curetû sacra perficiunt. unum inesse dicunt celo demissum, inuentumq, in regia Numæ, nemine inferente. nec uisa apud Italos tali forma. ueritum Numam insidias, & scuta ancilia huic cœlesti similia, multa parasse dicunt cum Mamurio quodam opifice, ita ut incerta insidiaturis, & indiscreta fieret diuini illius natura, nec internosci posset: & reliqua. Hæc autem à poeta multis uersibus explicantur. Festum uerò ipsum calendis Martis celebratur. Sed cætera quæ ad rem faciunt, suis in locis referemus. Quis nunc dicet mihi: quasi à quo discere poteris. Quare Saly Martis, qui sacer dotes sunt Martis. Ferant arma cœlestia, ancilia ipsa, & illud quod è celo cecidit.

PAVLI

G

7 3 MAMURIO

**M**amuriumq; canant, cantando Mamurij nomen repetunt. Voluit enim ipse Mamurius in mercedem clypeorum, quos fecit instar illius cœlestis, cani carminibus Saliorum. Sed hæc eo paulo inferius. Mone, instrue & doceas tu me. O nympha. Et Periphrasi Egeriam ostendit, de qua paulo p̄d̄t. Oprosa, officiosa, Nemori & stagno Diane: quia nympha est fontis,

ANTO.

Antiqua religione: quia Orestes in eo luco cū Iphigenia sorore templum sacrarunt, quod necesse est fuisse paulo p̄d̄t Troiam dirutū, et longè ante Romam conditam. Nota sunt, quæ de Oreste poetæ fabulantur. quamvis multa sint, quorum Sophocles & Euripides meminere. Unde illud est: Scripsit & in tergo, nec dum finitus Orestes. Hic latet Hippolytus, &c. Cum Hippolytum equi traxissent, lacerassetq; Diana cum ab inferis per Aesculapium reuocauit, ac nymphae commendauit Egeriæ: & Virbium, quasi bis uirum uocari iussit. Sed reuera (ut inquit Seruius) Virbium est nomen Diane coniunctum, ut Veneri Adonis. Nec nos moueat Horatius, qui ait: Infernis neq; enim tenebris Diana pudicam Liberat Hippolytum. Quæ Virgilius scribit ad sidera rursum Aetbera, & superas cœli uenisse sub auras, Pæonijs reuocatum herbis, & honore Diane. Non enim quod Horatius dicit, ad illud referri debet, quod post distractionem, quam ab equis est passus Hippolytus, in uitam restitutus dicitur: sed ad conditionem mortalitatis, quam ante reuocationem effugere non potuit, favore Diane. Is fuit Thesei filius ex Antiope, siue Hippolyte Amazone, qui apud Pythæam Træzæne educatus est. De qua Ouidius: Hic tecum Træzæna colam Pythæia regna. Unde nemus nullis illud aditur equis. Virg. in 7. Aeneid. Unde etiam demplo Triuicæ, lucisq; sacratis Cornipedes arcantur equi, quod luitore curruum, Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis. Idem & scripsit Callimachus, teste Seruio. Licia dependent longas uelantia sepes: tabellæ pictæ, ac licio suspensæ ab his qui uota soluerunt. Quod & maiores nostri facere consueuerunt. unde illud est Tibulli: Nam posse mederi Picta docet templis multis tabella tuis. Et hac ætate non pauci faciunt. Scimus autem, Dianam morbo affectis opem afferre. Quare Siculi eam (teste Diomede) Lyen appellant, à λύνω, id est soluo, quasi solutricem malorum, quod ea placata laborantes morbis finem malis inuenerunt.

PAVL.

Vallis Aricinae sylua præcinctus opaca, &c. Relaturus Poeta, quæ ubi sit Egeria, facit topographiam, hoc est, loci descriptionem. Locum enim esse dicit in Aricina ualle, ubi latet Hippolytus, & Diane simulacrum est ex Taurica aduectum, cui mitiore iam ritu sunt sacra. Inde riuulus defluit, aquas Egeria suggerit: quæ Musis grata, Numæ uxor & consilium fuit. Sed quoniam exigit locus, ut de Egeria dicamus, de ea plura repetenda sunt. Numa accepto imperio, effrenum populum religione compefcuit, de Egeria (ut Dionysius inquit) sermonem confinxit, quo facilius ipsum attendarent, qui diuina uerebantur, & impositis ab eo leges promptè susciperent, tanquam à dijs latas. Imitatus exemplum Minois Cretensis, & Lyeurgi Lacedæmonis, quorum alter colloquio se frui Iouis aiebat. Pergens in Diæum montem, ubi Iupiter educatus est, descendebat in specum sacram: ubi leges componens, quas à Ioue accipere affirmabat, illis ad populum ferebat. Lyeurgus Delphos profectus, doctum se esse ab Apolline dicebat legum constitutionem, quas Lacedæmonis tradebat. Sic Numa Egeriam deam præferebat, &c. Et Lilius inquit: Simulat sibi cum dea Egeria congressus nocturnus

qui in nemore Cynthiæ est, ubi nunc oppidum appellatur Cynthianum, cuius fontis riuulus stagnum inuit prope Aricina.

O nympha. ð Egeria. Coniunx Numæ, cum qua Numa congressum se habere dicebat. Veni ad tua festa: ad ea festa, quæ tuo consilio sunt instituta.

nos esse. Bius se monitu, quæ acceptissima dijs essent, sacra instituire. Et Lactantius ille Firmianus, cum antiquorum sacrificia damnet, sic inquit Harum uanitatum apud Romanos auctor, & constitutor Sabinus

Vallis Aricinae sylua præcinctus opaca  
Est locus antiqua religione sacer.  
Hic latet Hippolytus, loris distractus equorum:  
Unde nemus nullis illud aditur equis.  
Licia dependent longas uelantia sepes,  
Et posita est meritæ multa tabella deæ.

ille rex, qui maximè animos hominum rudes atq; imperitos nouis superstitionibus implicauit. Quod ut faceret aliqua cum auctoritate, simulat cum Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quædam spelunca peropaca in nemore Aricino, unde riuus perenni fonte manabat. Huc remotis arbitris se inferre consueuerat, ut mentiri possit, monitu deæ coniugis ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima dijs essent. Videlicet astutiam Minois uoluit imitari, qui se in antrum Iouis recondebat: & ibi diu moratus, leges tanquam sibi à Ioue traditas assererat: ut homines ad parendum non modò imperio, sed etiam religione constringeret. Nec difficile sanè fuit persuadere pastoribus. Itaq; pontifices, flamines, salios, augures creauit, deos per familias descripsit. Sic noui populi feroces animos mitigauit, & ad studia pacis à rebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret, seipsum tamen non sefellit. Nam post annos plurimos, Cornelio & Bebio consulibus, in agro scribæ Petily, sub Ianiculo, arca duæ lapideæ sunt repertæ à fossoribus, quarum in altera corpus Numæ fuit, in altera septem Latini libri de iure Pontificio: item græci totidem, de disciplina sapientie scripti: quibus religio non eadem modò, quæ ipse instituerat, sed omnes præterea dissoluit. Quare ad senatum delata, decretum est, ut hi libri abolerentur. Ita eos Q. Petilius prætor urbanus in concione populi concremauit. & reliqua. Est locus præcinctus, circumdatus. Sylua opaca, umbrosa. Vallis Aricina: ab Aricia, quæ distat ab Alba uiginti stadys. Sacer antiqua religione. hoc ideo dictū, quod consecrata ibi ara Diane ante Albam condita. Nam cum Iphigenia, cuius in primo libro meminimus, præesset aræ Diane Tauricæ in Scythia, ubi hospites mactabantur, appulit illic Orestes, cui cum eum agnouisset, pepercit. Quærentibus Scylbis illam Orestem non mactasse, tumultu uerita aufugit noctu cum fratre ab alto Diane simulacro, uenitq; in Italiam, & in sylua Aricina templum Diane consecrarunt. Hic, in hac sylua. Latet Hippolytus, Thesei ex Hippolyta siue Antiope filius. Discerptus loris, habentis. Equorum id est, ab equis frenatis, & loris implicitis tractus laceratusq; est. Et quamuis Cicero fabulam esse putet, historia tamen fuit: sed in tragædiis, sic & in fabulis relata. Phædra Deucalionis Cretensis filia, Thesei uxor, ob denegatum ab Hippolyto concubitum, eum uiro appetiti concubitus falso accusat. Theseus, cum essent sibi tria uota à Neptuno concessa, ut in fabulis est, Hippolyti interitum optauit, de quo apud Annæum in Tr. Genitor æquoreus dedit, Ut uota proutrina concipiam deo, Et inuocata munus hoc sanxit Styge. En perge donum triste regnator freti. Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem, Adeatq; manes iuuenis irato patre, et reliqua. At Neptunus monstrum ingens immisit, quo exterriti equi Hippolyti, fugientes cum discere, & loris implicitum lacerare. Sed ut in historijs legimus, cum ferretur curru Hippolytus, ei adita nouerca calumnia labenti animo, frenæ à manibus exciderunt.

**A** runt. Turbati equi: excusis habentis, currum praecepit egerunt. Quo effracto, Hippolytus uestibus implicitus, atq; ad terram delatus, interijt. Poeta uerò eum Aesculapy ope reuixisse dicit, Virbiumq; mutato nomine appellatum. de quo alio loco dicitur. Retinereq; Dianam Aricinam cum apud se dicunt. Alij Egeria commendatum. quod ostendit etiã Vergilius in fine septimi Aeneidos, cum dicat Egeria, nemoriq; religatum. Appellatumq; Hippolytum uolunt ab ἵππῳ, equus: ἔλω, lacero, seu discerpo. Vnde, ex quo. illud nemus, Aricina sylua. Aditur nullis

equis: ex eo quoddam equi iuuentem discerpserunt, illud nemus ingredi non possunt. Vergil. Vnde etiam Truicia templo, lucisq; sacrae Cornipedes arcentur equi, quoddam littore circum, Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis. Licia dependet uelantia, tegentia. Longas sepes: alligabantur tabellae inscriptae licis, et appendebantur sepibus, uota testantes. Sepem à sepiendo dicimus. et plura sunt genera sepimentorum, de quibus agit Varro in Re rustica. Et multa tabella, inscripta nominibus seruorum. Est posita merite dea, Dianae quae uota exaudiuit.

**T**O. Potens uoti. Fœmina

uoti compos, et consecuta quicquid petijt à Diana, saepenumero accensis facibus ex urbe Roma confert se ad Artemisiũ, ut agat dea gratias, uel uota persoluat. Regna tenent manibus fortes, pedibusq; fugaces. Sacerdos Diana Aricina rex olim dicebatur. Vnde illud est, Ammitis Aricia regni. Et Suetonius ait in Caligula: Nemorensi regi, quoddam multos iam annos potiretur sacerdotio, ualidiorem aduersarium subornauit. Erat autem hic sacerdos fugitiuus. fuit enim in hoc templo post mutatum ritum sacrificiorum arbor quaedam, ut scribit Seruius, de qua infringi rami non licebat. Dabatur tamen fugitiuus potestas, ut si quis inde ramum potiusset auferre, monomachia, id est singulari certamine, cum templi sacerdote pugnaret, qui fugitiuus erat (ut quidam putant) ad imaginem fugae Orestis, qui post occisum regem Thoantem in regione Taurica cum sorore Iphigenia fugit, et simulacrum inde sublatum haud longè ab Aricia collocauit. Dabatur autem facultas dimicandi quasi ad pristini sacrificij reparationem. apud Tauros enim Diana humano sanguine placabatur, cui translate in nemus Aricinum, seruos tantum aliquando immolarunt. Sed cum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, Diana ad Laconas translata dicitur, ubi sacrificiorum consuetudo adolescentulorum uerberibus seruatur, qui (ut scribit Cic. in 2. Tuscul. quaest.) ad aram sic uerberantur, ut multus

Sæpe potens uoti frontem redimita coronis  
Fœmina lucentes portat ab urbe faces.  
Regna tenent fortes manibus, pedibusq; fugaces,  
Et perit exemplo postmodo quisq; suo.  
Defluit incerto lapidosus murmure riuus,  
Sæpe, sed exiguis haustibus, inde bibit.  
Egeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis:  
Illa Numæ coniunx consiliumq; fuit.

sacrare, quo frequenter ad suum congressum ueniant. Hæc Numa ex Egeria audisse apud eundem inquit autorem, Lege utrumq;

Sæpe fœmina potes uoti: hoc est, uoti compos. Redimita frontem coronis: hoc est, coronata. Portat faces lucentes ab urbe: portat

PAVL.

F

tuat faces accensas ex urbe Ariciam, cum affecuta esset quod uoto optabat. Regna tenent fortes. Regnum appellat poeta, eo quoddam sacerdos Truicia illic rex uocabatur. et sicut dicimus Ariciam nemoralem, ita et regem nemorensis, et regna Diane dicta. Lucanus in tertio Pharsalia: Quæ sublime nemus, Scythica qua regna Diane. et in sexto: Parua Mycenæa quantum sacrata Diane. Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma. et Suetonius in uita C. Caligula: Nemorensi regi, quoddam multos iam annos potiretur sacerdotio, ualidiore aduersarium subornauit, sic et Naso regna dixerat. Fortes, ergo Manibus tenent regna, ipsius Diane. Et fugaces pedibus. ille enim efficiebat rex, qui et uiribus corporis, et pedum celeritate præstaret opus enim erat dimicatione. et qui ualidior erat, alterum pellebat. Strabo cum de hoc agit, ita inquit: Est et Diane lucus, id est Artemisium (sic enim uocant) è sinistra uiae regione, ex Aricia ad Aricinam syluam conscendentibus, quod templum nominant ædificium Taurica. nam Barbaricus quidam, Scytharumq; circa templum mos obtinet. Qui enim uictima mactator prius extiterit, sacerdos instituitur. fugitiuus quidam uir, gladium tenens, et insiluit semper circumspiciens, ad tutandum strenuè paratus. Sanè mutatum sacrificij ritum ostendit Vergil. in 7. Aeneid. cum ait: Pinguis ubi et placabilis ara Diane. Sciendum igitur, fugaces pedibus hic accipi fugitiuos, quia nõ nisi fugitiuus sacerdos siue Rex creari poterat. Nam si diceret regnum tenere strenuè pugnantem, ac celeriter fugientes, non rectè acciperet sensum autoris, recluderetq; tibi et Seruij et Strabonis autoritas. Quomodo enim ad tutandum strenuè paratus est qui fugit? Vel quomodo fugitiuum uocat Seruius, qui cum sacerdote regnum obtinente nondum monomachia pugnaui? Et perit exemplo postmodo quisq; suo. Qui cæde aliena Rex Nemorensis creatus est, cum occurrit fortior aduersarius, priuatur et regno, et sacerdotio, dum interficitur quem admodum et ipse alium interfecit. Incerto murmure qui uix percipitur sensu aurium. Hic riuus fluuit è fonte,

de cuius nymphæ putatur Egeria. Dea grata Camœnis. Liius Camœnis eum lucum sacravit, quoddam dearum sibi concilia cum coniuge suo Egeria essent. Plutarchus in Numa: Præterea opus esse Camœnis lucum eum, et quæ circum lucum prata sunt, inde

de uisceribus sanguis exeat: quorum nemo exclamat, nemo ingemiscit, cum quidam uerberibus afficiantur ad necem. Eundem templi sacerdotem fugitiuum fuisse, Strabo quoq; testatur his uerbis: Barbaricus quidam Scytharumq; circa templum mos obtinet. qui enim uictima mactator prius extiterit, sacerdos instituitur fugitiuus quidam uir, gladium tenens, et insiluit semper circumspiciens, ad tutandum strenuè paratus. Sanè mutatum sacrificij ritum ostendit Vergil. in 7. Aeneid. cum ait: Pinguis ubi et placabilis ara Diane. Sciendum igitur, fugaces pedibus hic accipi fugitiuos, quia nõ nisi fugitiuus sacerdos siue Rex creari poterat. Nam si diceret regnum tenere strenuè pugnantem, ac celeriter fugientes, non rectè acciperet sensum autoris, recluderetq; tibi et Seruij et Strabonis autoritas. Quomodo enim ad tutandum strenuè paratus est qui fugit? Vel quomodo fugitiuum uocat Seruius, qui cum sacerdote regnum obtinente nondum monomachia pugnaui? Et perit exemplo postmodo quisq; suo. Qui cæde aliena Rex Nemorensis creatus est, cum occurrit fortior aduersarius, priuatur et regno, et sacerdotio, dum interficitur quem admodum et ipse alium interfecit. Incerto murmure qui uix percipitur sensu aurium. Hic riuus fluuit è fonte,

de cuius nymphæ putatur Egeria. Dea grata Camœnis. Liius Camœnis eum lucum sacravit, quoddam dearum sibi concilia cum coniuge suo Egeria essent. Plutarchus in Numa: Præterea opus esse Camœnis lucum eum, et quæ circum lucum prata sunt,

H

inde,

**A** Inde, ex eo riuido. Sepe bibi, sed exiguis haustibus: bibi sepe, sed parum aquae hausi. Egeria est quae praebet aquas: quasi Egeria est illius fontis nympha, quae aquas fundit. Dea gratia Camoenis, Musis, nam ut Propertius inquit, Camoenae Musae à carminibus sunt dictae, uel quod canunt antiquorum laudes, uel quod sint castae mentis praesides. sed poeta Egeriam Camoenis gratam dixit, quod alij putauerunt eam esse unam ex Musis: uel quia locus ille Camoenis est consecratus. de quo Lilius inquit: Lucus erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quod, quia se per sepe Numa sine arbitris, uelut ad congressum deae inferebat, Camoenis eum lucum sacrauit, quod dearum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essent. et soli Fidei solene instituit. Ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato uehi iussit: manusque ad digitos usque inuoluta, rem diuinam facere: significantes fidem iudicandam, sedemque eius etiam in dextris sacrata esse, etc. Plutarchus uero ubi de Salijs agit, inquit: Annum iam octauum regnante Numa, morbus pestifer Italiam occupans, Romanum uaserauit. merentibus cunctis, traditur peltam aeneam è caelo delapsam in Numa manus. in eam mirabilia quaedam dixisse regem se ex Egeria, musisque audisse, peltam in urbis salutem missam. Oportere eam seruari, alijs undecim ad illius figuram effectis. Praeterea opus esse Camoenis lucum eum, et quae circum lucum prata sunt sacrare, quod frequenter ad suum congressum ueniant, etc. Inde est illud iuuenalis: Hic ubi nocturnae Numa consistuebat amicae. et paulo post subdit: Biectis mendicat sylvae Camoenis, in uallem Egeriae descendimus. Egeriam uolunt dicam ab egerendo, ex eo quod Pompeius inquit, Egeriae nympha

ANTO.

Principio nimium promptos ad bella Quirites Molliri placuit iure, deumque metu. Docet quae fuerit Numae studium, à pop. Rom. feritas religione mollita est, et ad quietem redacta. Vnde illud est Horatii: Romanum post hos prius, antiquitum Pompili regnum memorem. Deinde ut os

**C** stendat, cur Salij ferentes ancilia, Mamurium canant: dicit regnante Numa largissimas pluuias cum fulminibus decidisse, et suasisse Egeriam Numae, ut fulminum expiationem à Pico et Fauno peteret: à quibus Iupiter secreta quadam arte elicitus, expiandi fulminis ritum Numam edocuit, eique pollicitus est certa se Romani imperij pignora traditurum. Vnde cum Numa conuocato populo, rem diuinam ageret, breue scutum è caelo delapsum est, ut diximus supra. Hunc regem constat iustitia, prudentia et religione excellentissimum fuisse: ac populum Romanum traduxisse ad pacem et sacrificia celebranda, cum omnem diuini cultus institutionem in octo partes distribuisset, quarum meminit Dionysius, tricurionum, flaminum, ducum, celerum, augurum, uirginum Vestalium, Saliorum, collegij feccialium et pontificum. Vnde tantè apud externos populos autoritatis fuit, ut nemo eo regnante Romanis bellum intulerit. Haec ita uulgata sunt, ut referri à nobis superfluum uideatur. Inde datae leges: sine quibus pax esse non potest. quae nisi forent, uiolentia sibi omnia uendicaret. Armisque potentius aequum est: plus quam arma aequitas potest. Sane leges membra sunt iuris. Aequitas est, quia aequum et bonum dicimus: id est, quod sine lege et consuetudine ab omnibus probari solet.

PAVL.

Principio, quasi ab initio placuit, Numae. Molliri, leniri et mites fieri. Iure, iuris obseruatiua. Et metu deum, religio-

Principio nimium promptos ad bella Quirites  
Molliri placuit iure, deumque metu.  
Inde datae leges, ne fortior omnia posset,  
Coepitque sunt pure tradita sacra coli.  
Exurit feritas, armisque potentius aequum est,  
Et cum ciue pudet conferuisse manus.  
Atque aliquis modo trux uisa iam uertitur ara:  
Vinaque dat tepidis, farraque salsa focis.

phae sacrificabant praegnantibus, quod eam putabant facile conceptam alium egerere. Illa, Egeria. Fuit coniunx Numa, et consilium: quod dicebat se habere cum ea congressum, et consulere de rebus agendis, ut iam late ostendimus. Principio nimium. Numa regno ita potius, ut Titus inquit, Urbem nouam, conditam uel armis, iure, legibusque, ac moribus de integro condere parat: quibus cum inter bella assuescere uideret non posse, quippe efferos militia animos, mitigandum ferocem populum, armorum disuetudine ratus, Ianum et infimum Argiletum, indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis esse ciuitate clausus, pacatos circa omnes populos signaret. et paulo post: Ne luxuriaret ocio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris contineret, omnium primum rem ad multitudinem imperitam, et illis seculis rudem, efficacissimam, deorum metum inieciendum ratus est. Qui cum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum dea Egeria congressum, etc. Quia de alijs iam egimus, non immoremur. Sed de gestis et moribus eius sic Halicarnassensis inquit, unde pauca haec excerptimus: Plebeios pauperes suscepit, diuidens eis ex agro quem Romulus possederat, et ex publico partem exigua. Patricijs prioribus nihil ademit. aduentitios alios quosdam honores tradidit, dissidentes composuit. disposito congruo populo, duo haec tractauit, docuitque populum, quibus ornatam ciuitatem fieri scilicet, et magnam putabat, cultum diuinorum: quia dij essent bonorum omnium mortalibus largitores. Deinde iustitiam, perquam data à dijs bona, honestos ferre possessoribus fructus, asserbat, etc.

ne, nam ea demum uera religio est, cum Deum timemus. Inde uolunt Deum dictum, quod Metus sit. et Papinius non ab re dixisse uidetur, Prius in orbe deos fecit timor. Et Pomp. inquit: Deus dictus, quod ei nihil desit, uel quia omnia commodat hominibus, datae sunt à Graeco Metus, quod

significat metum, eo quod hominibus metus sit, sed magis constat id uocabulum ex Graeco Metus esse dictum, aspiratione dempta, quia mos antiquis nostris frequens erat. Numae ergo placuit iuris obseruantia, et religione frenare, et mansuifacere. Quirites, Romanos: quanquam Quirites à Curibus dicti. Nimum promptos ad bella, bellicosos: quos Romulus armis semper exercuerat. Inde, ex eo. Datae leges, à Numa scilicet. dedit enim populo leges, quas ab Egeria accepisse simulabat. Ne firmior, ualidior, et potentior. Posset omnia: ne omnia potentioris arbitrio administrarentur. Dedit leges, quibus iustitiam seruare discerent. Sacra tradita: quasi cerimoniae, et ritus sacrorum, et deorum cultus, quos ipse tradidit. Sunt coepa coli, et ab ipsis Romanis. Pure, castè. Feritas exiit: cum essent prius feroces, iam ipsam feritatem exuerunt, et induerunt mansuetudinem. Et aequum est potentius armis: quia arma et uires ab aequitate uincuntur. Illudque dicimus aequum et bonum esse, quod sine lege ac consuetudine ab omnibus comprobatur: spectareque ad ius naturale dicitur. Nam Paulus iuriconsultus de iustitia et iure: Ius, inquit, pluribus modis dicitur. Vno modo quidem, id quod aequum et bonum est dicitur: et est ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quacumque ciuitate utile est: ut ius ciuile. neque minus ius rectè in ciuitate nostra ius honorarium, etc. Vlpianus inquit, Ius à iustitia dictum. Et ut legem definiamus, Cicero, Lex inquit, est certa ratio è mente diuina manans, quae

**A** que recta suadeat, prohibeatq; contraria. Et Papinianus ait: Lex est commune præceptum uirorum prudentium. Demosthenes sic definit: Lex est, cui omnes homines debent obedire. Et Chrysippus: Lex est diuinarum & humanarum rerum notitia. Et Modestinus: Legis uirtus hæc est, imperare, uctare, punire, permittere. Et pudet, iam. Conseruisse manus cum ciue: pudet inter se pugnare. Non enim aut pro agris, aut alijs bonis,

armis decertabant, sed iustitie succumbebant. Atque aliquis E modo, paulo ante. Trux, ferus & crudelis. Vertitur iam uisa ara: qui truces prius, & expertes religionis. Vertitur iam uisa ara: iam mites redditi, & religiosi, cum primum uiderint aram, uertunt se, & sacrificatum eunt. Et dat uina & farra salsa: hoc est, molam ex farre & sale mollito. Tepidis focis, aris ubi sit ignis sacrificij.

**TO.** Effusis æthera siccatur aquis. Aetherè pro acre posuit. ut, illa leuim fugiens raptim secat æthera pennis. Hic exoneratur atque siccatur, dum pluit, & terra imbrem accipit. Contra uerò sit, dum pluuie imminet. ut, Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.

**Ecce deum genitor rutilas per nubila flammæ  
Spargit, & effusis æthera siccatur aquis.**

**Non aliàs nisi cecidere frequentius ignes.**

**Rex pauet, & uulgi pectora terror habet.**

**Cui dea: Ne nimium terrere, piabile fulmen**

**Est ait, & sæui flectitur ira Iouis.**

**Sed poterunt ritum Picus Faunusq; piandi**

**Tradere, Romani numen utrumq; soli.**

**Nec sine ui tradent, adhibe tu uincula captis.**

**Atq; ita qua possint, edidit, arte capi.**

**Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra,**

**Quo posses uiso dicere, Numen inest.**

**In medio gramen, muscoq; adoperta uirenti**

**Manabat saxo uena perennis aquæ.**

**Inde ferè soli Faunus Picusq; bibebant:**

**Huc uenit, & fonti rex Numa mactat ouem.**

quasi nunquam hæcenus, seu ad ea usque tempora. Cecidere frequentius, crebrius.

Ignes nisi, fulmina è celo missa. Rex pauet, expauescit Numa.

Et terror habet pectora uulgi, omnis multitudo exterrita est. Et Plutarchus ea peste mæstos fuisse cunctos ostendit. Cui dea, Ne nimium terrere, &c. Egeria

territum Numam consolatur, monstratq; Iouem posse placari. Sed id ostendit, quo pacto fieri possit, debere à Pico & Fauno: docuitq; nymphæ, qua ratione eos congeret, & ab ipsis ritum

**B** Imperatiuus modus est, cui aptius ne iungitur, quam non. ut, Ne pete Dardanid frustra Thebeti mergere classem. & Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella. Lesgimus tamen in Pharsalia Lucani: Non quæ tellure coacti, Quodq;

procul testis captae sedeatis ab urbis, Cernite. Flectitur ira Iouis. Contra Epicuros, qui esse deos dicunt, sed nihil curare, ut autor est Cicero de Natura deorum. Sed poterunt ritum Faunus Picusq; piandi Tradere. Hi dei per Auentinum montem errare dicebantur, autore Plutarcho: cum is neq; urbis pars esset, neque habitaretur. Quos cepisse Numam fabulantur, cum uinum & mel fonti, ex quo bibere consueuerant, miscuisset. Qui ubi somno excusso, quem potus fecerat, uiderunt tenacissimis se uinculis comprehensos, edocuisse regem dicuntur fulminum lustrationem. quamuis quidam (ut idem ait Plutarchus) eam lustrationem non à Pico & Fauno, sed à Ioue traditam dicant, ab isdem dijs arte magica deuocato. Qui cum dixisset, lustrationem fieri capitibus oportere, & Numa subdidisset ceparum, Iupiter hominum inquit. Rursum uerò, cum Numa præcepti acerbam inuertens, interrogaret, Capillis? respondiisse Iouem ferunt. Animatis. & tunc Numam pisciculis menibus subicisse. Itaq; diu obseruatum est, ut per cepas crimes, & menides pisciculos fulmina lustrarentur. Romani numen utrumque soli: quia Picus regnauit in Latio, Saturni filius, & Fauno pater Picus fuit. Virgilius: Fauno Picus pater, isq; parentem Te Saturne refert. Arte, dolo. Quæ autem ars, siue dolo fuerit, sequentia indicant. Numen inest. Densæ arbores, atq; intactæ, nec non & aqua perennis, numen esse ibi ostendebant. Et bene lucum, more Virgiliano, sacrum dicit.

**C** Ecce deum genitor rutilas per nubila flammæ Spargit, & effusis æthera siccatur aquis. Iam exposito Numæ studio, dirigit narrationem ad inquirendam anciliorum narrationem. & inquit eo tempore emissa ab Ioue creberrima fulmina, sic & creberrimas fuisse pluuias. Vnde fortè exortus est pestifer ille morbus, quem ex Plutarcho retulimus. Ecce genitor deum, Iupiter. Spargit flammæ rutilas, coruscas ignes: id est, ignea & coruscantia fulmina. Per nubila. Et siccatur æthera, aera. Aquis effusis, effusione aquarum. Bene autem exoneratur atq; siccatur aer per pluiarum effusionem. Nondum aliàs:

edoceretur. Cui, Numæ. Dea, Egeria ait. Ne nimium terrere, non exterraris nimium. Fulmen est piabile: quasi causæ uel delicta, quibus iratus est Iupiter, & fulmina emittit, possunt sacrificijs expurgari. Et flectitur, mitigatur, seu placatur. Ira Iouis sæui, irati. Sed Picus & Faunus poterunt tradere ritum piandi, quo ritu sacrorum mitiget iratum Iouem. Virumq; numen Romani soli: quasi uterque deus Latium tueretur. nam Latij fuere reges. Picus enim Saturni filius, quem in picum auem Martiam Circes ueneficio uersum dicunt. Vnde & Virgil. Facit auem Circe, sparsitq; coloribus alas. Sed Latini cum pro deo coluerunt. Vnde est illud Plutarchi, quod Latini eum præ cæteris colant: At aues eius nominis picos Martios uocat Plinius, cognomine insignes, & in auspicijs magnos. Et postea subdit: Ipse principales Latio sunt in augurijs, à rege, qui huic aui nomen dedit. Faunus. Non intelligas de pane, aut uino, qui & Faunus dicitur, Arcadum numine, de quo superius egimus: sed de huius Pici filio, patre Latini. De quo Lactantius: Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & sororem suam Faunam, eandemq; coniugem consecrauit. Et de his intellexit Cicero, cum inquit in libris de Diuinatione Sæpe etiam in prælijs auditi Fauni, & in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto missæ esse dicuntur. Et Varro ait: Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna sint in uerbis, quos uocant Saturnios. In syluestribus locis traditum est solitos fari, à quo fando Faunos dictos. Et Honoratus quoq; ostendit, Faunum & Faunam dictos à uaticinando, id est fando. Nec tradent, ipsi non docebunt te placare Iouem. Sine ui, nisi uiribus cogas. Adhibe tua uincula captis: quasi cum eos occupaueris, alliges tuis uinculis. uel cum inueneris dormientes, capias, & alliges. Atque ita edidit, dixit, & docuit Numam Egeria. Quæ arte: quo dolo, quibus insidijs. Possent capi, apprehendi: appositum scilicet uino in eo loco, quo illi potare consueuerant.

**VL.** Ecce deum genitor rutilas per nubila flammæ Spargit, & effusis æthera siccatur aquis. Iam exposito Numæ studio, dirigit narrationem ad inquirendam anciliorum narrationem. & inquit eo tempore emissa ab Ioue creberrima fulmina, sic & creberrimas fuisse pluuias. Vnde fortè exortus est pestifer ille morbus, quem ex Plutarcho retulimus. Ecce genitor deum, Iupiter. Spargit flammæ rutilas, coruscas ignes: id est, ignea & coruscantia fulmina. Per nubila. Et siccatur æthera, aera. Aquis effusis, effusione aquarum. Bene autem exoneratur atq; siccatur aer per pluiarum effusionem. Nondum aliàs:

**D** ter. Spargit flammæ rutilas, coruscas ignes: id est, ignea & coruscantia fulmina. Per nubila. Et siccatur æthera, aera. Aquis effusis, effusione aquarum. Bene autem exoneratur atq; siccatur aer per pluiarum effusionem. Nondum aliàs:

quasi nunquam hæcenus, seu ad ea usque tempora. Cecidere frequentius, crebrius. Ignis nisi, fulmina è celo missa. Rex pauet, expauescit Numa. Et terror habet pectora uulgi, omnis multitudo exterrita est. Et Plutarchus ea peste mæstos fuisse cunctos ostendit. Cui dea, Ne nimium terrere, &c. Egeria territum Numam consolatur, monstratq; Iouem posse placari. Sed id ostendit, quo pacto fieri possit, debere à Pico & Fauno: docuitq; nymphæ, qua ratione eos congeret, & ab ipsis ritum edoceretur. Cui, Numæ. Dea, Egeria ait. Ne nimium terrere, non exterraris nimium. Fulmen est piabile: quasi causæ uel delicta, quibus iratus est Iupiter, & fulmina emittit, possunt sacrificijs expurgari. Et flectitur, mitigatur, seu placatur. Ira Iouis sæui, irati. Sed Picus & Faunus poterunt tradere ritum piandi, quo ritu sacrorum mitiget iratum Iouem. Virumq; numen Romani soli: quasi uterque deus Latium tueretur. nam Latij fuere reges. Picus enim Saturni filius, quem in picum auem Martiam Circes ueneficio uersum dicunt. Vnde & Virgil. Facit auem Circe, sparsitq; coloribus alas. Sed Latini cum pro deo coluerunt. Vnde est illud Plutarchi, quod Latini eum præ cæteris colant: At aues eius nominis picos Martios uocat Plinius, cognomine insignes, & in auspicijs magnos. Et postea subdit: Ipse principales Latio sunt in augurijs, à rege, qui huic aui nomen dedit. Faunus. Non intelligas de pane, aut uino, qui & Faunus dicitur, Arcadum numine, de quo superius egimus: sed de huius Pici filio, patre Latini. De quo Lactantius: Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & sororem suam Faunam, eandemq; coniugem consecrauit. Et de his intellexit Cicero, cum inquit in libris de Diuinatione Sæpe etiam in prælijs auditi Fauni, & in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto missæ esse dicuntur. Et Varro ait: Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna sint in uerbis, quos uocant Saturnios. In syluestribus locis traditum est solitos fari, à quo fando Faunos dictos. Et Honoratus quoq; ostendit, Faunum & Faunam dictos à uaticinando, id est fando. Nec tradent, ipsi non docebunt te placare Iouem. Sine ui, nisi uiribus cogas. Adhibe tua uincula captis: quasi cum eos occupaueris, alliges tuis uinculis. uel cum inueneris dormientes, capias, & alliges. Atque ita edidit, dixit, & docuit Numam Egeria. Quæ arte: quo dolo, quibus insidijs. Possent capi, apprehendi: appositum scilicet uino in eo loco, quo illi potare consueuerant.

**A** Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra, & c. Topographia est. Erat in Auentino colle sylua, quæ solo aspectu inesse a liquid numinis indicabat: locusq; erat herbidus, unde & aqua scatebat, de qua Picus & Faunus haurire consueuerant. Ibi oue maclata, dispositiq; circa poculis, Numa in insidijs latuit. Suberat Auentino lucus, erat sylua sub Auentino monte. Niger, obscurus. Umbra ilicis, quod erant ibi dense umbrosæ ilices. Verum alio loco legimus, fuisse in Auentino syluam lauriferam. Sed quare Auentinus dicitur, dicemus in quarto. Quo, ludo. Viso, inspecto. Posses dicere, Inest numen: quia indis

**ANTO.**

Odorati, odori. Nam odoratum est proprie, ut diximus, quod aliunde odorem accipit. Geli do Numa prodit ab antro. Vbi cum intelligimus latuisse Egeria consilio, ne à Pico & Fauno ad fontem uenientibus cer-

**B** neretur. Si scelus ingenio scitis abesse meo. Affirmantis est Si coniunctio hoc loco, non dubitantis. Magna petis, quia in potestate loci uis fulmina sunt: ius autem decorum agris, agri, nemora, montesq; prescribunt. Dixerat hæc Faunus, par est sententia Pici. Si Fauno Picus pater est, cur Faunus prior respondit? cur non cessit parenti? dicemusne ingeniosum poetam hoc loco dormitare? Atqui fandi arbitrium iure Fauno tribuitur,

**C** cui quidam à fando nomen inditum putant, cum Picum uersum in auem Martiam fabulentur. Nubila promissi Styx mihi testis erit. Iurat per Stygiam paludem. Notum est, cur di per eam iurare ac fallere timeant. Est autem Nubila adiectiuum nomen, atrum significans. Hinc Virgilius ait: Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi.

**PAVL.**

Et disponit pocula plena, crateres seu calices plenos. Bacchi odorati uini, quod quo odoratus, eo melius. Et usus est denominatione, quæ est, cum ponimus inuentorem pro re inuenta. Et conditus, absconditus. Latet cum suis antro: abscondit se et comites in insidijs dispositos, ne alisterret eos à gustu uini, & ebrios & dormientes apprehenderet. Ad solitos ueniunt & c. Venere ad fontem di, & exhausto uino, quieti se dedere. Quos egrediens ex insidijs Numa occupat, & laqueis manus alligat. Numina syluestria, Picus & Faunus syluam praesides.

Veniunt ad solitos fontes, quod saepe uentre consueuerant. Et releuant peccata sicca, propter sitim. Releuant ergo à siti. Multo mero: quia multum hauserunt. Quies, somnus. Sequitur uina, nem post epotum uinum somnus oculos oppressit.

**D** Numa prodit, exit. Ab antro gelido, ubi in insidijs deliuerat. Et addit manus sopitas, decorum sepitorum. In arcta uincula, nam manus utriusq; laqueis alligant. Somnus ut abscessit, & c. Expertit di à somno di, quo magis tentabant uincula rumpere, eo magis implicabantur. Vi, postquam abscessit somnus. Pugnans, contendunt & conantur Picus & Faunus

cabat, alicui numini esse sacrum, ob umbram, & horrorem quem incutiebat. ut de luco Massiliensi apud Lucanum, Arboribus suis horror inest. In medio gramem erat gramineus, seu herbidus in medio locus. Et uena aquæ perennis, perpetuo fluentis. Adoperta, tecta. Musco: illa tenui herba, quæ nascitur circa aquas. Nitenti, uiridi: aut nitenti aquæ aspergine. Manabat è saxo, scaturiebat è rupe. Inde, ex ea aqua. Soli ferè, quasi soli ipsi. Faunus & Picus bibebant: quia raro alij illuc penetrabant. Rex Numa uenit huc, ad hunc fontem. Et maclat ouem fonti, immolat ouem.

Plenaq; odorati disponit pocula Bacchi,  
Cumq; suis antro conditus ipse latet.  
Ad solitos ueniunt syluestria numina fontes,  
Et releuant multo peccata sicca mero.  
Vina quies sequit: gelido Numa prodit ab antro,  
Vinclaq; sopitas addit in arcta manus.  
Somnus ut abscessit, pugnando uincula tentant  
Rumpere, pugnantes fortius illa tenent.  
Tunc Numa: Di nemorum nostris ignoscite factis,  
Si scelus ingenio scitis abesse meo.  
Quocq; modo possit fulmen, monstrate, piari.  
Sic Numa, sic quatiens cornua Faunus ait:  
Magna petis, nec quæ monitu tibi dicere nostro  
Fas sit: habent fines numina nostra suos.  
Di sumus agrestes, & qui dominamur in altis  
Montibus: arbitrium est in sua tecta Ioui.  
Hunc tu non poteris per te deducere caelo,  
Sed poteris nostra forsitan usus ope.  
Dixerat hæc Faunus, par est sententia Pici:  
Deme tamen nobis uincula, Picus ait.  
Iuppiter huc ueniet summa perductus ab arce,  
Nubila promissi Styx mihi testis erit.

impietate. Decepi uos quidem ingenio, sed scelus abest. Et monstrate quo modo: quo ritu, quo sacrificio. Possit piari fulmen: quod placari Iuppiter, qui fulmina emittit: uel expurgari causa, qua fulmina emittuntur. Sic ait, Numa. Sic Faunus, Numa respondens. Quatiens cornua: quia bicornis fingitur. Magna petis, nec quæ monitu tibi dicere nostro Fas sit, habent fines numina nostra suos. Hæc fuerunt uerba Fauni: Petis quod prestare non possumus. nam agrorum & montium di, non habemus in caelo ius, quod solius est Iouis, quem è caelo euocare per te non potes: poteris tamen, si à nobis docere. Petis, tu Numa. Magna: quæ nec sit tibi fas, non liceat tibi. Discere nostro monitu, nescira instructione. Et addit huic rei rationem.

Numina nostra habent suos fines: quasi quia licet di sumus, praefinita tamen est nobis potestas, & uelut circumscripta in agris & montibus. Quæ à nobis petis, opus est ut Iuppiter è caelo ueniens, te doceat, cuius sunt ipsa fulmina. Suam ergo est, iradere expiationem, & non nostrum. Di sumus agrestes, qui agris praesumus, aut sumus di rustici, agrestis enim rusticus est.

Et qui dominamur in altis montibus: quia ius & dominium habemus in montibus, & in nemoribus. Ioui est arbitrium in sua tecta, ipse Iuppiter in caelo dominatur. Tu non poteris deducere hunc caelo, non poteris elicere & euocare ad te è caelo Iouem. Per te, tua ope. An forsitan poteris, deducere scilicet. Usus nostra ope, nostro consilio & auxilio. Dixerat, hæc uerba Faunus. Par sententia est Pici: quia affirmant quæ

tentando & experiendo. Rumpere uincula, laqueos quibus erant deuincti. Illa tenent fortius, ualidius. Pugnantes, dissoluere aut frangere conantes. Et est translatio ab aubus captis in retibus aut uisco, nam fugere conantes fortius tenentur, & magis implicantur.

Tunc Numa, & c. Petis ab his ueniã Numa, cum quod fecit, non scelere fecerit: oratq; ut ostendat, quo pacto Iouem placare possit. Tunc Numa, ait. Di nemorum, qui nemora incolitis, & quorum praesides estis.

Ignoscite nostris factis: date ueniam, & benigno animo ferite quod fecimus. Si scitis: pro quia scitis. Abesse scelus ingenio meo: quasi me non fecisse hoc ulla

**A** que Faunus dixerat. Tamen ait Picus, Deme nobis uincula: dissolue laqueos, & à nobis remoue. Iupiter ueniat huc: quasi cum dempseris uincula, docebimus te, quo pacto Iouem elicias, et huc ueniet. Perductus ab arce summa, ab æthere summo. Nubila Styx: palus inferni, per quam dî iurant. Brit mibi

testis promissi: quasi iuro per Stygem, Iouem huc affuturum. *tristitiam significat, à τρυφή, quod est tristitiam infero. Filia credita est Victoria, quæ deos contra gigantes iuuat. Vnde datum est illi, ut nullus per eam deus peccaret. Sed de ea plura aliàs.*

**Emissi quid agant laqueis, quæ carmina dicant,  
Quæq; trahant superis sedibus arte Iouem.  
Scire nefas homini, nobis concessa canentur,  
Quæq; pio dici uatis ab ore licet.  
Eliciant cælo te Iuppiter: unde minores  
Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.  
Constat Auentinæ tremuisse cacumina sylvæ,  
Terraq; subsedit pondere pressa Iouis.**

deinde, ut Titus inquit, Numa Martium Marci filium ex patribus legit, eiq; sacra omnia excripta exignataq; attribuit, quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cæteraq; omnia publica priuataq; sacra Pontificis scitis subiecit: ut esset, quod consultum plebs ueniret. ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosq; asciscendo

**T O .** Eliciumq; uocant, ab eliciendo, ut Varroni placet. Vel quod cælo elicitus deuocatusq; fuerit. à quo uerbo elecebræ aragenticæ meretrices dicte sunt, quod argentum eliciant, uel quod ad eliciendum ex diuinis mentibus, quæ prodigia fulminibus, aliâ ueritate missa susciperentur, atq; curarentur. Et Numa in Auentino aram dicauit. de quo inquit

**B** Plin. Idos fulmine lucos, & aras, & sacra habemus: interq; Statores ac Tonantes & Feretrios, Elicium quoq; accepimus Iouem. Sciendum, in Numæ libris scriptum fuisse, quo sacrificio Iupiter cælo elici posset. Vnde Tullius Hostilius, ut L. Piso in primo Annalium scripsit, eodem sacrificio Iouem cælo deuocare conatus, quoniam parum ritè quædam fecisset, fulminè ictus est. Et reuera demones pulantur aliquando ut ueniant, necessitate compelli, qui nocere interdum consueuerunt. Quod in patria mea quidam expertus est, adibus ubi is erat eiusmodi deos inuocans, salientibus terræ motu: quem scimus pallidiorum buxo redditum, humanis rebus postea excessisse. Illud quoque omittendum non est, quod existimant quidam Elicium Iouem, quasi Elicium dictum: cum scribat Plutarchus, Iouem posteaquam ileos, id est, propitijs numen factus est, abijisse, & locum eam ob rem Elicium appellatum. Sanè ab elicio uerbo maiores nostri Elicium dixerunt, cum aqua pluuialis quibusdam remedijs eliciebatur, ut Manali lapide in urbem ducto. De Ioue Elicio Liuij hæc uerba sunt: Pontificem deinde Numa Martium Marci filium ex patribus legit, eiq; sacra omnia excripta exignataq; attribuit, quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur, cæteraq; omnia publica priuataq; sacra Pontificis scitis subiecit: ut esset, quod consultum plebs ueniret, ne quid diuini iuris negligendo, patrios ritus peregrinosq; asciscendo turbaretur. Nec cælestes modò ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandosq; manes, ut idem Pontifex edoceret: quæq; prodigia fulminibus, aliò ue quouis modo missa susciperentur atque curarentur. Ad ea elicienda è mentibus diuinis, Ioui Elicio aram in Auentino dicauit, deumq; consuluit augurijq; quæ suscipienda essent. Tremuisse, aduentu Iouis: cum tanti numinis ponderi terra cederet, qui solo quoq; nutu Olympum, siue cælum concutit.

**F** ficis scitis subiecit: ut esset, quod consultum plebs ueniret. ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosq; asciscendo turbaretur. Nec cælestes modò ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandosq; manes, ut idem Pontifex edoceret. Quæq; prodigia fulminibus, aliò ue quouis modo susciperentur, atque curarentur. Ad ea elicienda è mentibus diuinis, Ioui Elicio aram in Auentino dicauit: deumq; consuluit augurijq; quæ suscipienda essent. Ad hæc consultanda procurandaq; multitudine omni à ui & armis conuersa, & animi aliquid agendo occupati erant, & deorum assidua insidens cura, interesse rebus humanis cæleste numen uideretur. Ea pietate omrium pectora imbuerat, ut fides ac iusiurandum proximo legum ac poenarum metu ciuitatem regerent. & reliqua. Ex eo igitur, quod deum consuluit, quod aram posuit, quod ita omnia bene instituit, putatur Iouem è cælo eliciuisse. Verum & potestatem esse hominibus dicunt, cogendorum talium demonum inuocatorum ad respondendum. Porphyrius enim, ut ab Eusebio aliquid mutemur: Rectè, inquit, à Pythagora dictum est, non sponte inuocatos deos, sed necessitate quadam impulsos accedere. quamuis alios maiore, alios minore impelli necessitate non ignoremus. Nonnulli autem quadam accedendi consuetudine, & maxime si natura boni sunt, facilius accedunt. Nonnulli cum inuocati aduenierint, nocere conentur, præsertim si negligentius quispiam in eare se habuerit. Hæc enim omnia uera esse, ac necessitate omnes inuocatos uenire, à responsis eorum discere possumus. Non autem simpliciter dicta necessitate, sed persuasionem quadam perfusa coguntur. Exorata tuis ueni sermonibus istuc, Mortales quos consilio inuenere deorum. Et in alio multo clarior: De cælis Hecate cur huc compulsata uenire es? Et paulo post respondetur: Vistâ hominum precibus cælestia numina terram Coguntur petere, & casus aperire futuros. Apollo quoque, inquit, cogi se hoc responso declarauit: Carminibus domitus Phœbeus fulgor ab alto Defluxit tacitus, purumq; per æra uetus, Afflatu spirans labensq; in corda sonoro. Et subijt mentem inuocam, sanctiq; capacem Numinis, & peperit mortali ex gutture uocem. Sed hæc hætenus. O Iupiter, elicium te cælorum Faunus & Picus elicium te, & deducunt è cælo in terras. Vnde, ex quo. Minores, posteriores: aut homines nostræ ætatis, quos uernacula lingua modernos uocant. Et in Tristibus: Utq; ego maiores, sic me coluere minores. & loquitur de hominibus sui temporis. Nunc quoque, hoc etiam tempore. Celebrant, colunt sub hoc cognomine. Et uocant Elicium. Elicius Iupiter dictus est ab eliciendo, uel quod ara est ei consecrata in Auentino, ad elicienda consilia, quibus manes placarentur, & prodigia fulminibus facta purgarentur. Constat Auentinæ tremuisse cacumina sylvæ, Terraq; subsedit pondere

**V L .** Emissi laqueis, soluti & liberati è uinculis. Nefas scire homini quid agant: non licet homini scire, quid Faunus & Picus soluti dixerint, quid ue fecerint ad deducendum è cælo Iouem. Quæ carmina dicant: quasi quibus carminibus, seu incantationibus utantur. Et Virgilius: Carmina de cælo possunt deducere lunam. Et qua arte trahant, quibus precibus abstrahant Iouem. E superis sedibus, è cælo. Hæc omnia sunt, quæ homini scire non licet. Nobis concessa canentur: dicemus ea quæ concessa sunt poetis scire & referre. Et quæ licet dici ab ore pio uatis, dicemus quæ dici possunt à uate salua pietate.

**D** Eliciant cælo te Iuppiter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumq; uocant. Faunus & Picus precibus deducunt è cælo Iouem, unde ab eliciendo Elicius Iupiter dictus est. Sed ut rem alius repetamus: Post multa sacrorum instituta, Pontificem

2 2 pressa

A pressa Iouis. Descendit è cœlo Iupiter, quo quidem adueniente, tremuit Auentinus mons. Vt de aduentu Hecates apud Virg. Sub pedibus mugire solū, & iuga cœpta moueri Syluarū, uisēq; cœnes ululare per umbrā, Aduentāte dea. Cōstat, manifestū est.

ANTO. Corda micant regis: mouentur, saluunt, timent te Numa. Vnde autor subiungit, Totoq; è corpore sanguis Fugit. Da certa piamina, dixit, Fulminis: dic qua ratione fulmina missa lustrari, siue expiari ualeant. Si tua contigimus manibus donaria puris, Hoc quoq; quod petitur, si pia lingua rogat. Donaria propriè non sunt templa, sed abusuè pro templis saepe ponuntur. ut, Vris imparibus duos alta ad donaria curru. Propriè uerò loca sunt, ubi deorum dona reponuntur: quæ dona à Macrobio etiam donaria uocantur, qui ait ornamenta esse clypeos, coronas, & huiusmodi donaria: nec donaria dedicari eo die, quo delubra sacrantur.

Verumq; ambage remota Abdidit: sine ullo uerborum circuitu uerum paucis edidit, sed occultè. Ait enim, Cæde caput: non expremens cuius, nisi postquam Numa subiunxit, fore ut cepam cæderet. Sumes, ait ille, capillos. Seruatur decorum personæ ab omni crudelitate abhorrentis. Itaq; pro capite hominis capillos se daturum promittit. Postulat hic animam: petijt luster animato fulmina procurari. Vnde Numa subiicit, ea se pisceculis menibus lustraturum. Risit deus: & concedens regi quicquid uoluerat, insit cepa, capillis, & menibus fulmina expiari. O uir colloquio non abigende meo: qui secundum mentem operatur, & eam colit. Et optimè dispositus est, amicissimus dijs est, qui optimo & cognitissimo gaudere existimatur, ut scribit Aristoteles. Atque ut ait Plutarchus, non equos, non aues amant, sed homines, nec aspernātur boni uiri sapiētisq; congressum. Sic autē dicitur est, Nō abigende, ut illud, Munera nec sperno.

PAVL. Corda micant regis, totoq; è corpore sanguis Fugit, & hirsutæ diriguere comæ. Non poterat humanitas tantam ferre diuinitatem & ideo Micant, hoc est, tremunt. Corda regis, Numæ, ob metum qui in corde est. Et sanguis fugit toto corpore, ex omnibus corporis partibus. nam aut cordi deficiente succurrens, extremas partes reliquit, aut intus metu creuit. Et comæ hirsutæ, hirtæ & erectæ. Diriguere, propter cedentem sanguinem cute contracta. inde rigent hirsuti crines, ut in primo quoq; libro diximus. Vt redyt animus, Da certa piamina, dixit, Fulminis, aliorum rexq; paterq; deūm. Petijt hoc ab Ioue Numa, ubi in se redyt, ut doceat expiari fulmina, si sua pietate meretur. Vt, postquam. Redyt animus: quasi ubi in se reuersus est. Nec extereat te syllaba, quoniam ob syncopam illud Redyt ultimo loco longū est, ut saepe in similibus utitur Pœta. ueluti in Metam. Nō adyt ad te, nec legit idonea credo Tempora, &c. Dixit, Numa. O rex, &

Corda micant regis, totoq; è corpore sanguis Fugit, & hirsutæ diriguere comæ. Vtq; animus redyt, Da certa piamina, dixit, Fulminis, aliorum rexq; paterq; deūm. Si tua contigimus manibus donaria puris, Hoc quoq; quod petitur, si pia lingua rogat, Annuit oranti, sed uerum ambage remota Abdidit, & dubio terruit ore uirum. Cæde caput, dixit. Cui rex, Parebimus, inquit. Cædenda est hortis eruta cepa meis. Addidit hic, hominis. Sumes, ait ille, capillos. Postulat hic animam: cui Numa, piscis, ait. Risit, & his, inquit, facito mea tela procures, O uir colloquio non abigende deūm. Sed tibi protulerit cum totos crastinus orbes Cynthius, imperij pignora certa dabo. Dixit, & ingenti tonitru super æthera motum Fertur, adorantem destituitq; Numam. Ille redit lætus, memoratq; Quiritibus acta: Tarda uenit dicēis, difficilisq; fides. At certè credamus, ait, si uerba sequatur Exitus: en audi crastina quisquis ades.

Tremuisse cacumina, summitates. Syluæ Auentinæ, quæ in E Auentino erat. nam tremētib; iugis, tremuit et Sylua. Et terra pressa pōdere Iouis, qui iam è cœlo descenderat. Subsedit: subidere uisa est, cum uix sustinere posset tati numinis maiestatem.

pater deūm altor, decorū cœlestiū. Da certa piamina fulminis: doce me, quo sacrificio possim te placare, ne mittas fulmina. Si cōtigimus tua donaria, aras tuas. Manibus puris, castis, quasi, Da hoc, si piè & castè solitus sum tibi sacrificare. Donaria aras, seu templa. Nam ut arma rium dicitur, ubi arma reponuntur: sic donariū, ubi dona offeruntur, aut reconduntur. Si pia lingua rogat, rogando petit. Hoc quoq; quod petitur: quasi si in his petendis plus uideor, da mihi expiationem. Annuit: affirmauit nutu Iupiter, aut nutu affirmationis signum Numæ dedit oranti. Sed abdidit, inuoluit uerum.

Remota ambage: sine ul la obscura circutione uerborum, breuib; docet, sed dubiè uerum protulit. Et terruit uirum, Numam. Ore dubio, hoc est, ambiguis uerbis. Dixit, Iupiter. Cæde: incide, & macta. Caput, sed quod caput, nō explicuit. Cui, Ioui. Rex, Numa inquit. Parebimus, obediemus. Cepa est cædenda, incidenda. Eruta hortis meis: hoc est, incidā tibi cepā, quam eruaui, seu euellā ex hortis meis. Addidit hic, hominis: quasi subiunxit Iupiter, Mactato caput hominis, non cepā. At ille, Numa respondit. Sumes capillos: accipies quod capitis diminutiū est, hoc est, capillū. nam à capite capillos dicimus. Hic, Iupiter. Postulat animā: quasi non cepā, non capillos, sed animatū corpus. da igitur mihi uiuentem animam. Cui Numa ait, Piscis: mactabo tibi piscem, & piscis animam tibi dabo. Et in his Numæ lenitas cognoscitur, cum non sit secutus Barbarorū morem, qui humana uicima putabāt deos placare. Non enim uoluit ipse mactare homines, abhorrens ab omni quidem barbarica feritate. Risit, Iupiter. Et inquit, Facito procures mea tela: curam habeas, & sic expiabis seu expurgabis mea fulmina. His, rebus: id est, cepa, capillis, pisce. Sic modum expiandi fulminis tradidit, cæsa cepa, incisis capillis, & mactato pisce. O uir non abigende: non repellende, sed admittende. Colloquio deūm. Magna hæc Numæ cōmendatio à sanctitate et pietate, quib; dignus sit deorū alloquio, ipsius Iouis cœsura frui. Sed tibi protulerit cū totos crastinus orbes Cynthius, imperij pignora certa dabo. iam ad anciliorū causam descendit, quia ab Ioue primū ancile iraditum. Nunc enim Iupiter pollicetur se daturum certa imperij pignora. Sed cum Cynthius crastinus, sol diei crastini. Cynthius Phœlus dicitur, à Cynthio monte Deli. Protulerit, ostenderit. Totum orbem, totam rotunditatē: hoc est, cum sol crastinus totus erit ortus. Da bo certa pignora imperij: dabo certā fidem mansuri imperij Romani. Dedit enim peltam: quæ quamdiu seruata est, seruatum est

**A** imperiū incolume. Dixit, ita locutus est Iupiter. Et fertur ingenti tonitruo sicut mos est, & natura ipsius, illi enim tonitrua & fulmina signatur. Super aethera motū, cōcūssum redeūte ipso.

**NTO.** Desituit, dereliquit. Numam adorantem. Hysteron proteron, nam prius desituit Numam, inde in caelum redijt cum magno tonitruo. Ille redit: ex sylua Auentina in regiam Numa redit. Lætus, quia Iouem alloquutus, &. Memorat acta Quiritibus: refert quæ fecerit, quæ uē audiuerit populo in concionem uocato. Tarda & difficilis fides uenit diis: tardè, & cum difficultate adhibebatur fides uerbis eius. Non enim pote-

rāt illi hoc sibi persuadere, mortalem hominē Iouem esse allocutum, ea quoq; pignora pollicentem. At certè: illi erāt duriores res ad ea credenda, dicebant se fidem adhibituros, cum res ipsa effectu comprobaretur. Numa uerò refert uerba Iouis: quod die crastini sit uera daturus pignora. Ait, Numa. At certè credemus: quasi ita dicitis, at fidem adhibebimus. Si exitus sequetur uerba: si uerba ipsa sortientur effectum, aliter credere non uultis. Quisquis ades, en audi crastina: aduerte, quæ futura sunt die crastini.

Cynthius, Apollo, cuius soror etiam Cynthia dicitur, à Cyntho, qui mons est Deli. Imperij pignora certa, ancile dicit, quod è caelo ad uerbis salutem missum fuerunt. Difficilisq; fides, quia non facile credi potest, Iouem mortali congressum. Tarda uidentur, nimio desiderio uisendi quæ Numa prædixerat. Prodit, & in folio medius confedit acerno: Innumeri circà stantq; silentq; uiri. Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus, Sollicitæ mentes speq; metuq; pauent. iam illuxerat, & sol exoriri cepit & dubiæ anxietq; erant omnium mentes. Numa tecto capite precatus est Iouem, ut promissa seruaret. Ortus erat Phœbus, sol. Tantummodo summo margine, summa extremitate, quæ tantum superior extremitas solis uidebatur.

**B** ac subilitate citro secundam Plinius scribit. Caput niueo uelatus amictu: more sacerdotum, cuius quidem autorem Aeneam apud nos fuisse arbitrantur. Sed de hoc alibi lege Plutarchum in Questionibus. Ter tonuit sine nube Deus, ominosa inquit fuisse tonitrua. Vergilius: Non aliàs caelo ceciderunt plura sereno Fulgura. Mira, sed acta loquar. Reddit auditorem attentum. Acta autem dicit uera, & non ficta.

Protulerit terris cum totum Cynthius orbem,  
Iuppiter imperij pignora certa dabit.  
Discedunt dubij, promissaq; tarda uidentur,  
Dependetq; fides adueniente die.  
Mollis erat tellus, rorata mane pruina:  
Ante sui populus limina regis adest.  
Prodit, & in folio medius confedit acerno:  
Innumeri circà stantq; silentq; uiri.  
Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus,  
Sollicitæ mentes speq; metuq; pauent.  
Constitit, atq; caput niueo uelatus amictu,  
Iam bene dijs notas sustulit ille manus.  
Atq; ita tempus adest promissi muneris, inquit,  
Pollicitam dicitis Iupiter adde fidem.  
Dum loquitur, totum iam sol emouerat orbem,  
Et grauis æthereo uenit ab axe fragor.  
Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit  
Credite dicenti mira, sed apta loquor.

Mentes eorum, scilicet qui illic cum rege erant. Sollicitæ, anxie. Pauent, expauescunt & spe, & metu. ut est illud Vergily, Spemq; metumq; inter. spe, futuri boni: metu, alicuius incommodi. Constitit, Numa. Atque uelatus caput, habens caput uelatum, id est tectum. Amictu niueo, candido. Sustulit ille, Numa eleuauit. Manus iam bene notas dijs: quas bene dijnouerant, & ob eius religionem, & quia deorum alloquio fretus. Velauit caput Numa more sacerdotali, cum salutantes aut uenerantes deos, caput uelent: uiris autem dignitate præditis, & honore dignis, si quo casu occurrerint, caput aperiunt. Hoc enim, ut inquit Plutarchus Ploblemate decimo, illam quoque dubitationem uidentur augere, nam si quæ de Aenea feruntur, uera sunt, ut prætereunte Diomede caput operiens, rem diuinam fecerit: rationem habet, nec repugnat: ut quemadmodum in occursum hostium caput uelatur, sic amicis ac bonis uiris obuiam facti, capita detegamus. Nam quod ad deos pertinet, id proprium non est: sed casu accidit, & ab illo seruatum postea mansit. Quod si aliud dicendum est, uide ne illud solum quærendum sit, quamobrem deos uenerantes, capite uelentur. Alterum uerò consentaneum est, potentioribus enim occurrentes, iccirco caput aperiunt, non ut eis aliquid addant, sed ut inuidia potius detrahant: ne pares dijs immortalibus honores poscere, ne uē eodem cultu delectari uideantur. Deos uerò iccirco sic adorabant, ut aut operiendo capite, se ipsos humiliores redderent: aut metu, ne quid ignominiosum, ac triste interpretandum alicunde auribus accideret. Iccirco uestem ad aures usque attollebant. Hoc autem eos uehementer uitasse, uel hinc facillimè perspicere potest, quod

**C** Cum Cynthius, Sol. Protulerit terris totum orbem: cum sol crastinus erit ortus, & utitur more legatorum, cum eadē omnia ferè uerba referat, quæ ab Ioue acceperat: paucis tantum immutatis. Iupiter dabit certa pignora imperij, pignora stabilis & mansuri imperij. Discedunt: discesit populus, dubiusq; usq; in sequentē diem, et cum primū illuxit sequenti die, conuenit ante regiam populus, exijt deinde rex, & medio loco confedit. Discedunt dubij, ciues qui illud futurum non arbitrabantur, & Promissa uidentur tarda, nam quod cupidius expectabatur, tardius affuturum existimabatur. Et fides dependet, dubia est. Adueniente die: etiam ubi illuxit, dubij erant, cum fides effectum non sortiretur. Nam fides cum dicatur ex fieri, & dico, quandoquidem sit id quod dicitur: cumq; adhuc non fieret, dubia erat fides. Tellus erat mollis: & ob id mollis, quia Rorata, aspersa. Pruina, rore cælesti. Verum pruina est uehementioris frigoris, dictaq; pruina, à perurendo, quod perurat frondes tenella folia. Manè, iam exorta aurora. Populus adest ante limina, ante fores regis. Sui regis, Numæ, ut apud Vergil. Ad limina primi Pœnorum expectant. Prodit, exit è regia Numa, & Confedit medius, medio loco. In

**D** qui illic cum rege erant. Sollicitæ, anxie. Pauent, expauescunt & spe, & metu. ut est illud Vergily, Spemq; metumq; inter. spe, futuri boni: metu, alicuius incommodi. Constitit, Numa. Atque uelatus caput, habens caput uelatum, id est tectum. Amictu niueo, candido. Sustulit ille, Numa eleuauit. Manus iam bene notas dijs: quas bene dijnouerant, & ob eius religionem, & quia deorum alloquio fretus. Velauit caput Numa more sacerdotali, cum salutantes aut uenerantes deos, caput uelent: uiris autem dignitate præditis, & honore dignis, si quo casu occurrerint, caput aperiunt. Hoc enim, ut inquit Plutarchus Ploblemate decimo, illam quoque dubitationem uidentur augere, nam si quæ de Aenea feruntur, uera sunt, ut prætereunte Diomede caput operiens, rem diuinam fecerit: rationem habet, nec repugnat: ut quemadmodum in occursum hostium caput uelatur, sic amicis ac bonis uiris obuiam facti, capita detegamus. Nam quod ad deos pertinet, id proprium non est: sed casu accidit, & ab illo seruatum postea mansit. Quod si aliud dicendum est, uide ne illud solum quærendum sit, quamobrem deos uenerantes, capite uelentur. Alterum uerò consentaneum est, potentioribus enim occurrentes, iccirco caput aperiunt, non ut eis aliquid addant, sed ut inuidia potius detrahant: ne pares dijs immortalibus honores poscere, ne uē eodem cultu delectari uideantur. Deos uerò iccirco sic adorabant, ut aut operiendo capite, se ipsos humiliores redderent: aut metu, ne quid ignominiosum, ac triste interpretandum alicunde auribus accideret. Iccirco uestem ad aures usque attollebant. Hoc autem eos uehementer uitasse, uel hinc facillimè perspicere potest, quod

**ANTO.** A quod oraculum adeuntes, aera pulsari, & quam maximum strepitum fieri uolunt. Aut illud est quod Castor dicit, mores Romanos Pythagoricis comparans, genium, qui unicuique nostrum inest, deos qui extra sunt rogare, & caput uelando supplicare, animi scilicet uelamentum, ac reuelationem per corpus, quodam ænigmatate ostendentem. Hæc ille. Atque ita dixit, Numa. Adest tempus promissi, aduenit hora, qua promissisti te daturum imperij pignora. Iupiter adde fidem pollicitam dictis: quasi fiat d' Iupiter quod pollicitus es. Da quod promissisti. Dum loquitur: dū ita orant Numa, ter sereno cælo tonuit à septentrione: omnes oculos inflexerunt. decidit que è cælo scutum, de quo paulo superius diximus. Plutarchus inquit peltam æneam è cælo delapsam, in Numæ manus decidisse. & Dionysius scutum cælo demissum, inuentum in regia Numæ, nemine inferente. Dum loquitur, ipse rex Iouem orans. Iam Sol emouerat totum orbem: extulerat se totum, quia toto orbe iam se

**B** A media cælum regione dehiscere cepit: cæli summitas biare uisa est. Bius leuiam partem nonnulli ortum faciunt, dextram occasum. Versatum leniter, quod repente non cecidit. Vel ne uiolaretur, exceptum à terra: uel ut pateret missum commodo ac beneficium regis & Romanorum. Atque ancile uocant, quod ab omni parte recisum est. Placet quidem esto scutum cælestis ancile nominatum esse, quod ex utroque latere recisum esset, ut summum infimumque eius latus medio pateret. Quod si uerum est, ab An quod est circum, & Cædo dictum putabimus. Alij tamen, ut Iobis, cuius Plutarchus meminit, cupientes id nomen à Græco deducere, à cubito qui κύβωτος dicitur, ancile dictum existimant, quod eiusmodi scuta solerent ad cubitum circumferri.

\* De esse Alij à remedio, quod accis dicitur, quod inflexum & tortis significat. Vnde Saturnus Ancylemitis cognomine dictus est. Alij dicuntur, quas gnificat. Vnde Saturnus Ancylemitis cognomine dictus est. Alij dicuntur, quas gnificat. Vnde Saturnus Ancylemitis cognomine dictus est. Alij dicuntur, quas gnificat. Vnde Saturnus Ancylemitis cognomine dictus est.

**PAVL.** A media regione, nō intelligas à meridie, sed ab altiore parte cæli. Illa enim media est, que altior: illaque uisa aperiri, unde Iupiter scutum esset demissurus. Turba cum duce, populus cum rege. Summisere oculos suos: demisere in humum, inflexo capite respicientes: quod & reuerentia est, & interdum cogitantis & dubitantis. Ecce decidit, è cælo scilicet scutum uersatum uolutatum. Leniter: non cum impetu, sed leniter uersatum. Leui aura, exiguo uento. Clamor uenit ad ad astra à

**A' media cælum regione dehiscere cepit:**  
**Summisere oculos cum duce turba suos,**  
**Ecce leui scutum uersatum leniter arua**  
**Decidit, à populo clamor ad astra uenit.**  
**Tollit humo munus, cæsa prius ille iuuenta,**  
**Quæ dederat nulli colla premenda iugo.**  
**Atque ancile uocat, quod ab omni parte recisum est,**  
**Quemque notes oculis, angulus omnis abest.**  
**Tum memor, imperij sortem consistere in illo;**  
**Consilium multæ calliditatis inuit.**  
**Plura iubet fieri simili cælata figura,**  
**Error ut ante oculos insidiantis eat.**  
**Mamurius morum fabra' ne exactior artis**  
**Difficile est ulli dicere, clausit opus.**  
**Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit:**  
**Si mea nota fides, irrita nulla petes.**

supra terram eleuauerat, &c. Grauis fragor: quasi ingens crepitus, nam ingens tonitru. Venit ab axe æthereo, ab axe septentrionali. Sic & in Trisibus: Quantus ab æthereo peruenit axe fragor. Et illinc uenientia fulmina, præcipue cum in exortiuas redeunt partes, Plinio autore, optima sunt: illaque è leua parte cæli ueniunt: ideo ex Etruscorum disciplina laua, felicitia esse creduntur. Ter Deus, Iupiter. Tonuit sine nube: quasi cælo sereno. Ter dixi: ob felicitatem imparis numeri. & Sine nube, quod maioris esset ostenti. Licet Horatius simili tonitru exterreatur, ubi in Odis inquit, Plerunque per puerum tonantes Eggit equos, uolucrumque currum. Tria fulmina misit: quia quot tonitrua, tot fulmina ciaculatus est. Credite dicenti mira: adhibete fidem uestris meis, cum admirabilia referam. Sed acta loquor: dico admiranda, sed que fuerunt uera. Non desunt qui ita exponant: Sed acta, sed que in scena relata sunt. Cælum, cepit. Dehiscere, aperiri.

populo: recepto scuto, quod erat imperij pignus. Relatus est in cæli clamor ab omni populo, & applaudente, & gratias agente Ioui. Tollit humo: extulit peltam seu scutum Numæ, maculatque iuuentam iugem. & quoniam nullus inerat scuto angulus, quod undique cæsum uide retur, Ancile uocant. iccirco dixit Varro, Ancilia dicta ab am, & cæsum, quod id armorum genus ab utraque parte recisum. Plutarchus uero inquit peltas ancilia, propter figuram. circulus enim non est, neque ueluti

pelta circumferentiam reddit: sed excisura habet lineam inuicem, cuius apices curuaturam habentes, & densitate in se conuersa, figuram ancilis faciunt: aut propter ancona, id est cubitum, ad quem circiferuntur. hæc enim Iobas inquit, cupiens nomen à Græco deducere. Posset etiam primum hoc cognomen à motu, uel impetu descendere, qui κύβωτος, id est supernè factus sit: siue ab ægrotantium curatione, que κύβωτος dicitur: aut ab κύβωτος λύσις, id est siccitatum solutione. Præterea à tristitia amotione, quam κύβωτος uocant: ex quo Castorem & Pollucem κύβωτος Athenienses appellent, &c. Tollit: ille attollit Numa. Munus, scutum è cælo delapsum. Humo, è terra. Cæsa, maciata. Prius iuuenta que dederat colla premenda nulli iugo: immolauit Ioui iuuentam ex armento delectam, que adhuc iugum non tulisset. Atque uocant, scutum ipsum. Ancile, quod est recisum ab omni parte: non quod rotundam habeat effigiem, sed ita incisum uideatur, ut angulus ullus minimè discernatur. ideo poeta innuit, Omnis angulus abest, quem notes, notare & discernere possis. Oculis: quia nullus inest angulus. Tum memor, cum animo uolueret Numa, imperij pignus in eo scuto consistere, plura ad eius similitudinem effingenda esse curauit: ut si quis furto surripere uoluisset, falleretur imagine. & Plutarchus inquit in eam peltam mirabilia que dam dixisse regem se ex Egeria, Musisque, audisse. Peltam enim in urbis salutem missam, oportereque eam asseruare, alijs undecim ab illius figuram, magnitudinem, & formam effecit, quo dubium, ob similitudinem, sit cælestis illius adipiscendæ. Memor tum, Numa. Consiste-

**A** Consistere, in illo scuto. Sortem imperij, fatum imperij Romani. Init consilium multæ calliditatis: post longam cogitationem illud consilium iniuit, ut plura scilicet ad eius similitudinem fierent. Iubet fieri plura scuta: nam undecim alia. Cæcila simili figura: quæ in sculptura et ipsa forma similem figuram referrent. Ut eat error ante oculos insidites, ut erraret et fallerentur similitudine illi, qui per insidias et furta surripere uoluisent. Mamurius. Plutarchus inquit: Peltam autem ex eius autoritate atque imperio effingere artifices, cum certassent, dissidentibus cæteris, Veturium Mamurium, traditur unum summis opificibus usque ad similitudinem effinxisse, struxissetque omnes similes, ut neq; Numa iam ipse dignosceret. Pompeius inquit: Mamurij Veturij nomen frequenter in canibus Romani frequentabant. Hac de causa Numa Pompilio regnante è cælo cecidisse fertur ancile, id est scutum breue, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum: ut

summum, in finumque eius latus medio pateret. Vnaque edita uox, omnium potentissimam fore ciuitatem quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cælestis posset. Probatum opus est maxime Veturij, qui præmijs loco petijt, ut suum nomen inter carmina Salyca nerent. Mamurius morum fabrice, an morum, an artis fabricæ. Exactior, Mamurius: an morum laude, an artis fabricæ studio perfectior. Difficile est ulli dicere: quia utriusque excellit et moribus, et arte fabrilis. Clausit, cælauit. Opus, quia undecim peltas ad cælestis illius similitudinem effinxit. Hoc tamen acceptum est à Palladio, de quo suo loco. Cui, Mamurio. Numa munificus, liberalis et gratus. Dixit, pete præmia facta, et c. præmia artificij tui. Nulla, munera scilicet, seu præmia. Petes irrita, nihil petes frustra. Si mea nota fueris, si ueridicus sum, et tu et cæteri si dem meam nouistis.

Iam dederat Salyis à saltu nomina, Salyos duo decim iam Marti Gradino legerat: de quibus abundè superius dictum est. Ad certos uerba canenda modos, carmina cum pyrrhichij modulo absoluta, nomen Mamurij continebant. Sanè Mamurius duabus syllabis posterioribus, quæ breues sunt, pyrrhichium facit, similiter et Mamurium. Est autem pyrrhichius, quem et di brachium uocant, pes à

Iam dederat Salyis à saltu nomina dicta,  
Armaque, & ad certos uerba canenda modos.  
Tunc sic Mamurius: Merces mihi gloria detur,  
Nominaque extremo carmine nostra sonent.  
Inde sacerdotes operi promissa uetusto  
Præmia persolunt, Mamuriumque uocant.  
Nubere si qua uoles, quamuis properabitis ambo,  
Differ: habent parua commoda magna moræ.  
Arma mouent pugnam, pugna est aliena maritis,  
Condita cum fuerint, aptius omen erit.  
His etiam coniunx capitis distincta Dialis  
Lucibus, impexas debet habere comas.

quit, custodes ac ministros constituisse dicitur Salyos sacerdotes. Saly uero uocantur di sunt non, ut quidam fabulantur, à uiro Samothrace, seu Mantineo, Salto nomine, qui saltationem, quæ in armis dicitur, edocuerit: sed ab ipso potius tripudio saltatorio, quod uehementius, robustiusque per urbem euntes subsaltant. Cum ad mensem Martium sacras peltas suscipiant, induti puniceis tunicis,

Pyrrho denominatus, Achilles filio, qui primus uictoria potitus, huiusmodi genere metri laudatus dicitur. quamuis alij à flamma pyrrhichium dictum uolunt, quod mobilitate flammæ acies imitetur. Alij aliter. Nubere si qua uoles, quamuis properabitis ambo, Differ. Religio fuit nubere ancilibus nondum conditis in templo Martis, ubi ea seruari mos fuit, ne, dum arma mouebantur, quæ pugnae adhiberi solent nubentibus, omen discordiæ fieret. Idem tempus non neglectum in quibusdam à maioribus nostris, Cornelius Tacitus monet his uerbis: Eueri qui proficiscenti Otioni moras, religionemque nondum conditorum ancilium afferrent, tunc et uxor flaminis Dialis impexis crinibus esse debet. Unde apparet, non esse idoneum tempus nuptijs celebrandis.

æneis balteis latisque succincti, æneas capium galeas portantes paruis gladijs arma pulsantes. Reliquum uero saltationis pedum est opus. Mouentur enim suauiter conuersiones ac mutationes in celeri et crebro numero, robustè et leuiter reddentes. Iam, Numa. Dederat nomina Salyis dicta à saltu: iam delegerat duodecim iuuenes, quos à saltando Salyos appellauit. Et instituit arma, quæ illi gererent. Et uerba canenda, carmina cantanda. Ad certos modos, ad quosdam modulos constitutos. Et Dionysius inquit: Mouentur ad tibiam ex modulo enoplis motibus, quandoque simul ac uicissim: quandoque patria quædam canentes carmina. Tum sic Mamurius: Merces mihi gloria detur, Nominaque extremo carmine nostra sonent. Hoc Veturius Mamurius in mercedem petijt, ut in carminibus Salyorum ultimo loco suum nomen caneretur, de quo Plutarchus: Mamurio autem inquit artis suæ mercedem fuisse ferunt, memoriâ quandam per Salyorum carmen, simul cum pyrrhichij modulo absolutum. Tum sic Mamurius respondit, Numæ. Merces detur mihi gloria: quasi date in præmium eternitatè nominis, hoc est famam et gloriam. Et nostra nomina sonent extremo carmine: resonent in ultimo loco carminis, sic erit pyrrhichij modulus in fine, uelut est in multis iambicis, ubi sedes ultima pyrrhichio datur: uelut in his, Feras ancile, clusit hoc Mamurius, Geratque, nomen inlytum Mamurius. Inde, ex eo. Sacerdotes Saly, sacerdotes Martis. Persolunt præmia promissa, quæ Numa promiserat. Operi uetusto, ancilibus uetustis à Mamurio fabricatis: hoc est promissa ipsi artifici, qui fabricfecit. Et uocant Mamurium, reperiunt nomen, hoc in fine moduli: Agant et omnes gratiam Mamurio. Nubere si qua uoles, quamuis properabitis ambo, Differ: habent parua commoda magna moræ. Salyos fuit triduo integro durabant,

Baden flaminica, teste Aulo Gelio, cum it ad Argeos, neque comit caput, neque capillum depeñit. quam autor ideo discernam dicit, quia inter multiplices cautus cerimonasque impositas flaminis Diali, ferè omnes flaminicæ Diales obseruabant. Hæc fuit, ut nodum neque in apice, neque in cincliu, neque alia in parte ulum haberet. Ea quoniam flammeo assidue utebatur, moris fuit apud Romanos, ut omnis nubens boni ominis causa flammeo amiretur: cum flaminicæ diuortium facere non liceret. Distincta: uel sine cincliu penitus hoc tempore, uel certè non solum triduo ancilibus nondum conditis: sed semper, ut diximus, sine nodo.

quo

**L** Iam dederat Salyos. Idem, ut inquit Lilius, duodecim Marti Gradino legit, tunicaque infigne dedit, et super tunicam aneum peñori tegumen, cælestiaque arma, quæ ancilia appellantur. ferore, ac per urbem ire carentes carmina, cum tripudijs, solenniisque saltatu iussit. ha cille. Varro quoque Salyos à saltando dictos ostendit, quod ficere in comitis, in sacris quotannis et solent et debent. Plutarchus uero ubi de ipsis peltis agit: Harum autem, in-

quo

**A** quo tempore cum malum sit nubere, quia nuptiæ ab armis auspici  
**ANTO.** canda non sunt, admonet nobiles expectandum esse, usque ad ea  
 recondita arma. Præterea uxor flaminis Dialis eo triduo nec  
 peccare, nec ornare se debet. Si qua uoles nubere: si qua puel  
 la eris nuptias contractura, & uiro tradenda. Quamuis amo  
 bo probabitur, & tu, & iuuenis, qui uir tuus erit, quamuis amo  
 re iuuenili properetis. Differt, tamen uelis differre ad alium  
 diem. Parua moræ habent magna commoda. nam ex parua  
 dilatione magna sequetur commoditas. Arma mouent pu  
 gnant. Hæc est oratio cur non debet nubere, quia non faustu os  
 men captatur ab armis: nam mouent pugnam. Pugna est ae  
 liena maritis: qui cum concordēs esse debeant, à discordia & pu  
 gna penitus abhorreere debent. Aptius, commodius & felici  
 cius. Omen erit, cum fuerint condita: cum ipsa ancilia & alia  
 arma erunt condita, tunc meliore auspicio nubere poteris. His  
 etiam lucibus, his tribus diebus. Coniunx Dialis: uxor fla  
 minis Dialis: hoc est, sacerdotis Iouis. à *Aids*. Discindia debet  
 habere comas capitis impexas: debet & discindia esse, nec cri  
 nes peccare, nec se extolere, ueluti cum Ioui sacrificatur. sunt eo

**B** Conditus è geminis  
 piscibus alter erit. *Quin*  
 to Nonas Martias alter  
 piscium, qui Austrinus  
 dicitur, mergitur occasu  
 chronico. Duo enim pis  
 ces sunt, quibus unū zo  
 diaci signum tribuitur:  
 aquilonis, & notius si  
 ue austrinus: quorū hic  
 ante illum occidere &  
 exoriri cernitur, ut Hy  
 ginus scribit. Vnde Co  
 lumel. austrini occasum

desineri inquit quarto Nonas Septembris: aquilonis uerò, septi  
 mo idus eius mensis. Est & alius piscis, ut diximus, quem hoc lo  
 co accipere non possumus, occidens ex ortu cancri, qui Notius  
 quoque dicitur & austrinus. uocaturque à Vergilio aquosus, quod  
 aquam, quæ ab aquario funditur, ore excipere uideatur. *Quin*  
 ta tempora lucis erunt. Tertio Nonas Martias Bootes siue Ar  
 ctophylax occidit: cuius pars (ut diximus supra) nunquam fer  
 tur in occasum: pars & oriri cernitur, & occidere. Hunc poe  
 ta modò pigrum, modò tardum uocant. ut, Pigri sarraca Boo  
 ta. & Tardum dux ante Bootem, quia uix serò alto mergitur in  
 Oceanum. Eundem uerno tempore occidere, ostendit Vergilius in  
 Georg. ut: Si uerò uiciamque; seres, uilemque; phaselum, Nec Pelu  
 siacæ curam aspernabere lentis: Haud obscura cadens mittet ti  
 bi signa Bootes. Huius occasus quatuor signorū zodiaci tempus  
 absumit. Lege Hyginii, & intelliges occasum, de quo nunc agi  
 tur, esse matutinū siue cosmicum. At non effugiet uindemitor.  
 Hæc stella, quam Græci trygetera, nostri uindemitorum uocant,  
 oritur chronice octauo Idus Martias, ut Plinius scribit: ut Colo  
 mella, sexto Nonas: ut autor hoc loco, tertio Nonas. Neque enim  
 hoc tempore matutinū eius ortum accipere possumus, cum eam  
 constet cum uirgine in ortum ferri, septimo calend. Septembris,  
 ut placet Columellæ. Vnde & uindemitorum dictum putant,  
 quod exoriens manè, ut inquit Plinius, uindemiæ maturitatem  
 promittat, secundum quem oritur Casari & Assyriæ, undeci  
 mo Calend. Septembris.

**PAVL.** Alter è piscibus geminis, ex duobus. Brit conditus, abscon  
 ditus. nam occultitur notius seu australis. nam duo sunt ipsi pi  
 sces. Hic, qui nunc occultitur. Est proximus austris, sic &  
 australem ostendit. Ille, alter piscis. Ex proximis aquilo  
 nibus, ipsi septentrionali. Vterque piscis tenet nomina à uento.

nim nunc dies Martis. super sedendum est à cultu, qui in sacris  
 Iouis exigitur. Etenim tantæ erat uenerationis uxor flaminis  
 Dialis, ut ea extincta flamen se sacerdotio abdicaret. Cuius rei  
 rationem inquirens Plutarchus, ita differit Probl. An quod qui  
 uxorem ducens, post amiserit, eo qui nunquam duxit, multo est in  
 felicior. Eius enim qui uxorem duxit, domus integra est: eius  
 autem qui uxorem in matrimonium acceptam amiserit, non solum  
 imperfecta domus est, sed immunita prorsus ac manca. An eo  
 tempore uxor unà cum uiro consecratur, quemadmodum mul  
 ta sunt in sacris, quæ absente uxore agi nequeunt. Priore autem  
 amissa, alter à statim superducere, tum difficile est, tum uerò ini  
 quum atque impium. Tertia nox, quinto Nonas Martias, hoc  
 est tertia die mensis noctu cosmico occasu alter è piscibus oculi  
 tur. Duos enim esse, superiore libro diximus: & fabulam quoque  
 retulimus, qua ratione cælo essent apposti. nunc australis occu  
 litur maturius, quia in inferiore parte cæli est. Vbi,  
 postquam. Tertia nox, de mense Martio scilicet.

Mouerit suos ortus: cum orietur,  
 aut cum orta est.

Tertia nox dimensa suos ubi mouerit ortus,  
 Conditus è geminis piscibus alter erit.  
 Nam duo sunt: austris hic est, aquilonibus ille  
 Proximus: à uento nomen uterque tenet.  
 Cum croceis rorare genis Tithonia coniunx  
 Cæperit, & quintæ tempora lucis aget:  
 Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,  
 Mergetur, uisus effugietque tuos:  
 At non effugiet uindemitor, hoc quoque causam,  
 Vnde trahat sidus, parua docere mora est.

Nam à noto notius, à bo  
 rea boreus dicitur, siue  
 australis & aquilonar  
 ris. Cum croceis. Ter  
 tio Nonas Martias, hoc  
 est quinta die ipsius men  
 sis occidit Arctophylax,  
 de quo diximus superio  
 re libro in fabula Cali  
 stus, quod non occidat, si  
 cut & oriente in occa  
 sum labentia sidera: sed  
 in ipsa uertigine circa  
 polum, undis immergi

uidetur, præcipue cosmice. nam oriente die Poeta pigrum uo  
 cat. Nam ut Hyginus inquit, cum tauro, geminis, cancro & li  
 bra occidit. ideo serò occidere dicitur, quod magis erebus à pedi  
 bus peruenit ad terram: at exoriens, citius quam Chela uide  
 tur. Cum coniunx Tithonia, Aurora, uxor Tithoni, de quo aliàs  
 dictum. Cæperit rorare, rorem effundere. Genis croceis.  
 Respexit ad acris colorem, cum uideatur manè oriens croceus.  
 sic & Verg. Tithoni coniunx linquens Aurora cubile. Sed quia  
 Genis dixit, unde lacrymæ fluunt, qui terris ros effunditur: re  
 spicit fabulam, quam refert in decimotertio Metamorph. Cum  
 illa ab Ioue peteret corpus Memnonis filij, quem Achilles intere  
 merat, illud redditum medio aere adustum, conuersumque in aues  
 Memnonias, cinerem refert: & ex illo lacrymas, hoc est ipsum  
 rorem effudisse Auroram. Et erunt tempora quintæ lucis: re  
 rit quintus dies mensis. Siue est Arctophylax, custos urse, ut  
 diximus superius. Siue ille piger Bootes: quasi siue dicas cu  
 stodē urse, ἀρῆ & urse, φύλαξ custos, siue Bootes, rectorum bo  
 uum, quia plaustrum regere uidetur. Mergetur, mergi uidebitur.

Et effugiet uisus tuos: quia occidet eo modo quo dixi. Hæc  
 omnia quæ ad ortum & occasum siderum pertinent, in fine ope  
 ris lucidius explicabuntur: ibi omnia repetemus. At non effu  
 giet, occultitur, dixit Bootes: sed non occultitur, imò sese ostendit  
 uindemitor. Oritur igitur eodem die, hoc est tertio Nonas Mar  
 tias, uindemitor. Sed aliter uidetur sentire Plin. inquit enim: u.  
 Calend. Septembris Casari & Assyriæ, stella quæ uindemi  
 tor appellatur, manè exoriri incipit, uindemiæ maturitatem pre  
 mittens. Quo pacto igitur tertio Non. Mar. oritur, si Plinio un  
 decimo Calend. Septembris? et Plinius dicit tunc manè exoriri.  
 Aliter dicere posses quod heliacè oriatur: & occidente sole, in  
 summo cælo uideri. Eius fabula hæc refertur: Ampelos, puer  
 Thrac,

**A** Thrax, mirum in modum à Baccho amatus est, cui Bacchus uitem tradidit: de qua collecturus uinas, cum ulmum ubi hærebat ascendisset, exanimis decidit. Bacchus sideribus intulit, & uitem ab eo ampelon appellauit. At uindemitor, uindemitoris stel-

la. Non effugiet, uisus scilicet tuos, quemadmodum Bootes: quia non mergitur tunc, sed exurgit. Parua mora est, exigua retardatio. Docere, unde hoc quoque sidus: hoc etiam sicut cætera. Trabat causam, ducat originem.

**TO.** Fabulantur autem, puerum Ampelon à Baccho dilectum in Ismaro, qui mons est Thraciæ, translatum esse in cælum, ac uindemitoris nomen accepisse. Quod ideo fictum est, quia ampelon Græci pumpinum seu uitem dicunt, quam quidam à Baccho inuentam ferunt. unde & labruscæ ampelosagiam uocant, & uineas ampelones, quo nomine usus est Varro: & xylampelon, aridam uitem. Quare Iuuenalis (ut quibusdã placet) xylampelinas uestes dicit uirides, tri-

**Ampelon intonsum satyro nymphaque creatum,  
Fertur in Ismarijs Bacchus amasse iugis.  
Tradidit huic uitem pendentem è frondibus ulmi,  
Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.  
Dum legit in ramo pictas temerarius uinas,  
Decidit, amissum Liber in astra tulit.  
Sextus ubi è terra cliuosum scandet Olympum  
Phœbus, & alatis æthera carpet equis:  
Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,  
Gratare, Iliacis thuraque pone focus.  
Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri,  
Accelsit titulis pontificalis honor.**

tas, ac semiconsumptas, quales sunt uitium frondes languescentes mense Nouembri. Et M. Varro de Re rustica, ampelones (ut diximus) uineas uocat, ut laureta daphnones. Est & Ampelos Sami promontorium, ut ait Strabo. quamuis ea insula uino (ut idem inquit) infelix sit, cum Chius, Lesbos, alique uicinæ uina optima ferant. De pueri nomine. Vult uitem à nomine pueri ampelon appellari. Sextus ubi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus, & c. Pridie nonas Martias Augustus pontificatum maximum suscepit, quem nunquam uiuo Lepido auferre sustinuerat, ut scribit Suetonius. Et quia Pontifex maximus erat sacrarum uirginum custos, teste Plutarcho, quas Vestales appellabant, idem Augustus suscepto pontificatu maximo, commodam earum uirginum auxit. Cumque in demortuæ locum capi aliam oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent, adiuras uit, si cuiusquam nepitum suarum competeret ætas, eam se oblatum fuisse. Vnde Ouidius & hic ait: Gratare, Iliacis thuraque pone focus. Et in sexto huius operis libro: Nunc bene lucetis sacra sub Cæsare flammæ, Ignis in Iliacis nunc erit, estque focus. In eodem pontificatu (ut alia prætereantur, quæ Suetonius refert) supra duo millia fatidicorum librorum cremauit, quæ nullis, uel parum idoneis autoribus uulgò ferebantur: ac solos retinuit Sibyllinos, eosque delectu habito, quos condidit sub Palatini Apollinis basi. Quos maluit ille mereri. Maluit rectè factis & uirtute mereri honores, quam sumere. Accessit, adiectus est. unde accessio est adiectio.

**B** ro: & xylampelon, aridam uitem. Quare Iuuenalis (ut quibusdã placet) xylampelinas uestes dicit uirides, tri-

referendum. Nam ut in primo libro diximus, scripsit hoc opus uiuente Augusto, sed edidit post eius excessum, quod ceritè indicat ille locus in primo, Licet ipse recuset. Nam de Tiberio loquitur, ut in eo loco diximus. Ego illud puto, quæ apposuerat in Ait gusti laudem, non mutauisse, cum emendauit: sed addidisse multa in laudem tam Tiberij, quam Germanici. Sed ut de pontificatu Iulij Cæsaris, deinde Augusti aliquid dicamus. Defuncto Meotello Pontifice maximo, cum pontificatum studio & disceptationibus plenum Isauricus & Catulus clarissimi uiri, & in senatu potentissimi peterent, aut propterea Cæsar, quin & ipse candidatus descenderet, cessit. Cæterum pari undique fauore ac studio apparente, Catulus quo amplior erat dignitas, eo magis euentus incertitudinem reformidans, misit qui grandi pecunia Cæsarem, ut ab ea contentione desisteret, inducerent: quibus illè grandiorum se mutuaturum, certatimque enixius petiturum esse respondit. Instante comitiorum die, cum mater eum ad fores usque lacrymis prosequeretur, illam complexatus dixisse fertur: Mater hodie aut Pontificem, aut exulem tuum uidebis filium. Euntibus igitur certatim in suffragia tribubus, superior declaraturus, non paruum senatui & optimatibus terrorem incussit, tanquam ad omne audacis genus plebem aduersus. & reliqua. Hæc ex Plutarcho. Tranquillus uerò inquit: Deposita prouincia & spe, pontificatum maximum petijt, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aris alieni, cum manè ad comitia descenderet, præ dixisse matri osculanti fertur, doctum nisi se Pontificem non reuersurum. Atque ita potentissimos duos competitores, multumque & ætate & dignitate antecessores superauit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit. Hæc de Cæsare. De Augusto autem sic Tranquillus inquit: Postquam uerò pontificatum maximum, quem nunquam uiuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo deinde suscepit. Quicquid fatidicorum librorum Græci Latini que generis, nullis, uel parum idoneis autoribus uulgò ferebatur, supra duo millia contracta undique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos, & c. Vbi, postquam. Sextus Phœbus, sextus sol mensis. sic sextum diem significat. Scandet, ascendet. Aethera: quasi ex inferiore parte in altum. Olympum cliuosum, cælum conuexum. Carpet æthera, carpet iter per æthera: Equis alatis, uelocibus. Ideo alatis dixit: & quatuor sicut, ut ostendimus. Quisquis ades, & colis penetralia, sacella secretiora. Vestæ castæ. De Vestâ omnia quæ ad rem faciunt, in sexto libro dicemus, & aliquid superius attigimus. Gratare: pro gratulare

**VL.** Bacchus fertur, dicitur. Amasse in iugis Ismarijs, in Ismaro monte Thraciæ. Ampelon intonsum, crinitum puerum. Creatum satyro & nympha, filium satyri unius ex illis qui Bacchum comitantur. Aliqui filium Marsyæ dicunt, quem Satyrum Poeta inferius uocat. Sed non constat: nam Diodorus cælibem Marsyam fuisse tradit, de quo plura inferius dicemus. Tradidit, Bacchus. Huic, Ampelo. Uitem pendentem è frondibus ulmi, quæ pendebat ex ulmo: cum ulmis adiungantur, ut primo libro diximus. Quæ, uitis. Nunc habet nomen de nomine pueri. Nam uitis Græcè uocatur ἀμπέλων, & ἀμπέλων uinea. Dum temerarius, imprudens. Legit, colligit. Vitis pictas, uarij coloris. In ramo, in ramosa ulmo. Decidit ex alto, scilicet in humum. Liber, Bacchus. Tulit amissum: puerum quem iam amiserat, quia extinctus erat. In astra: in cælum retulit, & inter sidera collocauit. Sextus ubi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus, & c. Sexta die mens

is, hoc est, pridie nonas Martias Vestæ sacrificatur, quo die Cæsar Vestæ sacerdos, & Pontifex maximus creatus est. Verum alij hoc in loco dictum de Iulio Cæsare, alij de Augusto uolunt. In uetustissimis codicibus, in ordine festorum per singulos menses illa dies Iulio Cæsari assignatur. At Poeta loquitur qui uidetur de eo qui tunc uiuebat, cum dicit, Quos sancta fouet ille manu. Sic esset ad Augustum

**A** gratulare uel ipsi Vestæ, uel tanto pontifici. Et pone ibura foci  
 cibus Iliacis: aris Vestalibus, ubi æterni sunt ignes, ex Ilio aduecti.  
 nam Aeneas Vestæ sacra ex Troia in Italiam aduexit. Honor pontificalis, ipsa dignitas pontificatus. Accessit, addita  
 est. Titulis innumeris Cæsaris, multis dignitatibus. Quos  
 ille, Cæsar. Maluit, potius uoluit. Mereri. Subintelligens

**ANTO.**

Imperij pignora ium  
 Et uides. Apparet ex  
 uerbo Vides, id quod di-  
 ximus, Ouidiū hanc scrip-  
 sisse uiuente Augusto,  
 quem uocat pignus impe-  
 rij, quemadmodum et  
 ignem Vestæ, quod inco-  
 lumitas urbis ex utroque  
 pendeat. Hinc illud est:  
 Vestæq; mater, Quæ Tu-  
 scum, Tybrim, et Ro-  
 mana palatia seruas.

**B** Quæ grauis Aeneas tu-  
 tus, et c. Grauis hic non  
 refertur ad animum, sed  
 ad corpus. Cognatum  
 caput, Augustum, qui à Troianis originem ducit. nam Aeneas  
 ferunt Vestam à Troia in Latium transtulisse. Vocauit autem  
 Augustum sacerdotem, quia fuit Pontifex maximus, ut hoc loco  
 autor ostendit. Quos sancta fouet ille manu. Quia legimus su-  
 præ, Sancta uocant augusta patres: iure Augusti manus sanctæ à  
 Poeta dicuntur. Hæ fouent ignes Vestæ, cum sacris Vestæ, ac cæ-  
 teris constet Pontificem maximum præsidere. Lucos Veio-  
 uis ante duos. Duo luci, ad quos nonis Martis Veioi, id est, Io-  
 ui paruo ædes dicata est. fuerunt sub rupe Tarpeia, ubi et Asy-  
 lum, de quo ait Cornelius Tacitus: Tum diuersos Capitolij aditu-  
 s inuadunt, inexta lucum Asyli, et qua Tarpeia rupes centum  
 gradibus aditur. Liuius uerò: Locus, inquit, qui nunc septus den-  
 sis sentibus, inter duos lucos est, Asylum aperit. De his lucis di-  
 xisse Martialem existimant: Illinc Pompeij dona, nemusq; du-  
 plex. Fuerunt et multa circa urbem loca dijs attributa, quæ lu-  
 cos uocabant, quorum prouentus in ludos conferebantur, teste  
 Plutarcho. Et autem Veioi pater (ut diximus) paruum Iupiter,  
 sicut Ouidius sentit hoc loco: cuius ædes fuit (teste Aulo Gellio)  
 inter arcem et Capitolium. Sed idem uult Veioi esse non iu-  
 uenem, siue paruum Iouem, sed Iouem uim nocendi habentem,  
 non iuuandi potestatem. Quod ut Diuonem dicimus, Lucretiumq;  
 quoniam nos die ac luce, quasi uita ipsa afficit, et inuat: ita et  
 Veioi appellauerunt, dempta atque detrahta iuuandi pote-  
 state: cum constet deos quosdam, ut profint, celebrari: quosdam  
 ne obfint, placari. Ve enim particula modò intensionem signi-  
 ficat, modò minutionem. unde quædam uocabula, quibus ea præ-  
 ponitur, ambigua sunt, ac diuersam significationem capiunt.  
 Quare uescum salem dicimus, ex edendi intentione: et aliter  
 uescum, cum edendi fastidio. quo uocabulo Lucretius pro edaci  
 usus est, teste Festo. ut, Nec mare que impendent uesco sale saxa  
 peresa. Virgilius uerò (ut placet Nonio) pro minutim conciso.  
 ut, Uescas salicem frondes. Vbi Seruius uescum inquit significa-  
 re siccum ac tenerum. Alibi uerò aliter. Simulacrum Veioi ha-  
 buit aliquando sagittas. quare cum deum plerique Apollinem  
 esse dixerunt, cui capram immolabant, cuius animalis effigies  
 erat apud eius simulacrum. Coluerunt et Campani Iouem im-  
 berbem, qui à Virgilio Anxurus dicitur. ut, Quis Iuppiter An-  
 xurus aruis Præsidet, et uiridi gaudens Feronia luco. A quo  
 nonnulli Anxur Volsce gentis oppidum nominatum putant.  
 Ipse autem Anxurus dicitur est, quod barbam nunquam rasiisset.

Gellius lib.  
 5. cap. 12.

**C** ficut Ouidius sentit hoc loco: cuius ædes fuit (teste Aulo Gellio)  
 inter arcem et Capitolium. Sed idem uult Veioi esse non iu-  
 uenem, siue paruum Iouem, sed Iouem uim nocendi habentem,  
 non iuuandi potestatem. Quod ut Diuonem dicimus, Lucretiumq;  
 quoniam nos die ac luce, quasi uita ipsa afficit, et inuat: ita et  
 Veioi appellauerunt, dempta atque detrahta iuuandi pote-  
 state: cum constet deos quosdam, ut profint, celebrari: quosdam  
 ne obfint, placari. Ve enim particula modò intensionem signi-  
 ficat, modò minutionem. unde quædam uocabula, quibus ea præ-  
 ponitur, ambigua sunt, ac diuersam significationem capiunt.  
 Quare uescum salem dicimus, ex edendi intentione: et aliter  
 uescum, cum edendi fastidio. quo uocabulo Lucretius pro edaci  
 usus est, teste Festo. ut, Nec mare que impendent uesco sale saxa  
 peresa. Virgilius uerò (ut placet Nonio) pro minutim conciso.  
 ut, Uescas salicem frondes. Vbi Seruius uescum inquit significa-  
 re siccum ac tenerum. Alibi uerò aliter. Simulacrum Veioi ha-  
 buit aliquando sagittas. quare cum deum plerique Apollinem  
 esse dixerunt, cui capram immolabant, cuius animalis effigies  
 erat apud eius simulacrum. Coluerunt et Campani Iouem im-  
 berbem, qui à Virgilio Anxurus dicitur. ut, Quis Iuppiter An-  
 xurus aruis Præsidet, et uiridi gaudens Feronia luco. A quo  
 nonnulli Anxur Volsce gentis oppidum nominatum putant.  
 Ipse autem Anxurus dicitur est, quod barbam nunquam rasiisset.

**Ignibus æternis æterni numina præfunt,  
 Cæsaris imperij pignora iuncta uident.  
 Diueteris Troiæ, dignissima præda ferenti,  
 Quæ grauis Aeneas tutus ab hoste fuit.  
 Ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos  
 Numina, cognatum Vesta tuere caput.  
 Quos sancta fouet ille manu, bene uiuitis ignes:  
 Viuite inextincti flammaq; duxq; precor.  
 Vna nota est Martis nonis sacrata, quod illis  
 Templâ putant lucos Veioi ante duos.  
 Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,  
 Cui libet: Huc, dixit, confuge, tutus eris.**

dam, quàm habuit. Tamen uoluit meritis omnes dignitatis gra-  
 dus et titulos assequi, non ambitione, aut aura populari, sed pro-  
 pria uirtute, si ad Iulium Cæsarem referret: quia fuit quaestor,  
 ædilis, pontifex, toties consul, et dictator: si ad Augustum, quia  
 omnes magistratus assequutus, adeptus est alios quoque titulos,  
 nam et Augustus cognominatus est, et pater patriæ.

quasi ἀστυ εὐγῆς, id est,  
 sine nouacula, ut ait Ser-  
 uius. uel ab ἀστυ ἔργω  
 ἔργω, id est rado. Luce-  
 cum, luci partem, quam  
 Romulus Asyli structus  
 ra complexus est. Fuit  
 hic lucus (teste Dionysio)  
 inter arcem et Capito-  
 litium. Huc, dixit,  
 confuge, tutus eris. Asy-  
 li locum ostendit, dicit  
 ἀπὸ τοῦ ἀστυ εὐγῆς, id  
 est, à non auferendo. uel  
 (ut alij placet) ἀπὸ τοῦ  
 ἀστυ εὐγῆς, quod est tra-  
 ho. Inde enim nullus ab-

duci poterat. Quod non fuit in omnibus templis, ut Seruius do-  
 cet, sed in his tantum, quibus id erat consecrationis lege conce-  
 sum. Primi autem Asylum instituisse dicuntur apud Athenienses  
 Herculis filij, cum eos insequerentur qui ab Hercule oppressi fue-  
 rant. Alij non à filiis Herculis, sed à nepotibus id Asylum, id est,  
 templum Misericordie institutum dicunt. ut, Herculeos sedem  
 fundasse nepotes. Quod Romulus imitatus, ipse quoque Asylum  
 condidit: ementitusq; est, id se Apollinis oraculo condidisse. Quis-  
 dam tamen Cadmum primò Asylum instituisse ferunt, cum ad  
 Thebas condennas multitudinem desideraret. Placet Asylum po-  
 tius deducas ab ἀστυ εὐγῆς, quàm aliunde.

Numina æterni Cæsaris, qui relatus est in deos immortales. **PAT.**  
 nam uterq; eorum relatus est in deorum numerum. Et quoniam  
 de Augusto in cælum relato in primo libro diximus, de Iulio Cæ-  
 sare paulo inferius dicimus. Præfunt æternis ignibus: Vesta  
 libus sacris, quæ per Pontificem maximum administrabantur.  
 nam ignem inextinctum uirgines seruabant. Vides pignora  
 imperij iuncta, hoc est, Vestales ignes, et Pontificem Cæsarem,  
 quæ sunt duo imperij pignora. Nam quoad seruantur inextin-  
 cti Vestales ignes, et incolunt domus Cæsarea, seruatur inco-  
 lume imperij. Diueteris, et c. Orat in nunc deos Troianos pro  
 salute cognati Pontificis. Nā cum Iulius Cæsar ab Iulio Ascany  
 filio progenitus fuerit, uidetur cognationem attingere Vestæ, cuius  
 sacra à Troia aduecta ab Aenea patre Ascany fuerint in Italiā.  
 Et et alia cognatio, si quis alius inspiciat. Nam Vesta Saturni  
 filia fuit, quæ structurā domus inuenisse dicitur, autore Diod. sic  
 illa soror Iouis, et Iupiter Veneris pater, à qua emanauit genus  
 Iuleū. Ea omnino cognatio est. et Augustus in Iuleā domū ado-  
 ptatus, ea quoq; cognatione deos attingebat. Di Troiæ ueter-  
 ris, antiquæ: id Vesta et diu penates. Præda dig. f. Aeneas, qui  
 uos à medijs hostib. tanquā prædā eripuit. Quæ præda. Ae-  
 neas grauis, onustus. Fuit tutus ab hoste, ab hostiū insidijs, quia  
 sospes euasit. Sacerdos or. ab Aen. Cæsar à Iulio nepote proge-  
 nitus. Et de Augusto potes intelligere. Diui Iulij ex adoptione Iu-  
 lius, et gloriabatur ipse quoq; ab Aenea genus ducere. Tāgūt  
 cog. nu. Vestæ et penates. De cognatis superius diximus. O  
 Vesta, tuere, defendas et serues. Cognati caput. Cæsare Aug.  
 O ignes, Vestales. Bene uiuitis, inextincti estis. Bene, sub  
 optimo Pontifice. Quos ille, Cæsar Aug. Fouet, quasi quibus  
 fomites suggerit. Manu sancta. Allusit ad Augusti cognomen  
 quoniam

**A** quoniam augusta sancta dicuntur, ut ostendimus in primo. Vi uite precor inextincti & flamma & dux: quasi uiuatis aeterni & ignis & Caesar, & nunquam extinguamini. Vna nota, & c. Nonis Martij festum est Veiovis, id est, parui Iouis: quo die sacrata fuere ei templa ante lucos Asyli in Intermontio. Cuius rei mysterium illud est: Ut Iupiter paruus, posteaquam adultus est, caelo regnauit: sic urbs Roma parua ab initio, ubi Romulus aperuit Asylum, paulatim coaluit, & ad summum imperij culmen ascendit. Ideo consecrauerunt templum Parui Iouis eo in loco, unde sumpsit initium augmenti. Vna nota: unus titulus, una in Fastis inscriptio. Nam nota interdum in bonam partem accipitur, ut in primo diximus. Est nonis, Martij scilicet. Quod

illis, nonis. Putant sacrata, consecrata. Tempora Veiovis, E Parui Iouis. Sed de hoc nomine paulo post. Ante duos lucos, ante lucos Asyli. Nam locus erat (ut Lilius de Asylo inquit) scriptus densis sentibus, inter duos lucos. Ante hos duos ergo dedicatum fuit. Romulus ut, postquam. Circundedit, sepsit. Lucum, quercetum in Intermontio. Alto saxo. Alij exponunt, montibus. alij per Hypallagen intelligunt, hoc est, saxum circumdedit lucum. Sed ita intelligendum est: Aperuit lucum saxo, hoc est, rupibus circumdatum: quia hinc inde erant altae rupes Capitolinae. Dixit, Romulus. Quilibet huc confuge, confugias in hoc asylum. Tutus eris: quia nemo te inde abstrahet. De Asylo egimus in secundo.

**T O.** Fulmina nulla tenet: quae barbauium decent, non puerum Iouem. Coelum affectare: quoniam gigantes affectu dei sunt ad oppugnationem caeli, non recta uoluntate. Hinc ipse alibi: Affectasse ferunt regnum caeleste gigantes. Capra: Amaltheae caprae effigies, quae suo lacte Iouem infantem nutrifse dicitur. Nymphae pauisse feruntur Cretides: Putatur Melissa & Amalthea Melisi regis Cretensis filiae Iouem aluisse. Vegrandia farra, & c. Vult uegrande compositum esse à ue particula priuatiua, et significare minutum, quod et Festus scribit, ut uegrande frumentum. Idem tamen nomen ualde grande interdum significat, teste Nonio, ubi ue particula uim augendi habet. ut, Nec uite uegrandi datur. Vescion quoque paruum significat. Vnde Festus: Vescus, inquit, fastidiosus. ue enim pro pusillo utebantur. Iamque ubi caruleum, & c. Signa quae heliacè oriuntur, in principio noctis uideri nequeunt. quippe cum ut nox iniens, occasum ostendit heliacum: ita & descendens, ortum eiusmodi nobis offert. Sensus ergo est: Vbi nox aduenit, suspice, ad eius finem uidelicet, non noctis initio: quia equi Gorgonei collum uidebis in ortum heliacum ferri. Est autem ortus matutinus equi, cui Pegasus nomen est, secundum Columellam, quarto nonas Martijs: secundum Manilium, sole uigesimam primam partem Piscium obtinente. Higini uero idem signum inquit cum Aquario, & altero Piscium, cum quo occidit, exoriri. Eius pars antecedit hoc tempore solem cum Piscibus orientem. Constat autem Pegasus (ut auctori placet hoc loco) stellis quindecim: ut Higino, octodecim. qui quod nono & nono, id est, fontem produxerit, Pegasus nomen accepit. Nota est fabula, Gorgoneus uero dictus est, quod ex sanguine Medusae Gorgonis eum natum fabulantur, cuius domus Gorgones fuerunt insulae, teste Plinio, bidui navigatione distantes à continenti, quas quidam Gorgades uocant, quod penetravit Hanno Pœnorum imperator. Sunt enim contra Atlantem montem, ad fines Mauritaniae, unde nonnulli alias fuisse Hesperides, alias Gorgones rectè arbitrantur. nam Hesperides habuisse hortos dicuntur ad Lixon Libyae. Sciendum, de huius signi ortu atque occasu plerumque ita diuersa tradere, ut ferè uidere non sit unum cum altero congruentem.

**O** quàm de tenui Romanus origine creuit,  
Turba uetus quàm non inuidiosa fuit.  
Ne tamen ignaro nouitas tibi nominis obstet,  
Disce quis iste deus, cur ue uocetur ita.  
Iuppiter est iuuenis, iuueniles aspice uultus:  
Aspice deinde manus, fulmina nulla tenet.  
Fulmina post ausos coelum affectare gigantes  
Sumpta Ioui, primo tempore inermis erat.  
Ignibus Ossa nouis, & Pelion altior Ossa  
Arsit, & in solida fixus Olympus humo.  
Stat quoque Capra simul, nymphae pauisse feruntur  
Cretides, infanti lac dedit illa Ioui.  
Nunc uocor ad nomen. Vegrandia farra coloni,  
Quae malè creuerunt, uescaque parua uocant.  
Vis ea si uerbi est, cur non ego Veiovis aedem,  
Aedem non magni suspicor esse Iouis?  
Iamque ubi caeruleum uariabunt sidera coelum,  
Suspice, Gorgonei colla uidebis equi.

**O** quàm, pro quanto **PAVL.**  
tum creuit. Romanus, populus. De tenui origine, de exiguo principio in magnam coaluit ciuitate. Quàm, quantum. Vetus turba, prius **F** sci Romani. Fuit non inuidiosa: quia tam paruum populum, tam exigua ciuitas, ut nullus inuideret. Nam in osus nomina, Gell. teste, in utraque possunt accipi significationem: ut inuidiosum et inuidente dicamus, et cui inuidetur. Tamen ne nouitas nominis: quid Veiovis nomen tibi nouum uideatur. Ne haec nouitas obstet, ad intelligendum festum. Tibi ignaro, qui ignoras nominis rationem. Disce

quis iste deus, quis deus sit hoc nomine appellatus. Cur ue uocetur ita, uel cur sit hoc nomine uocatus. Et duo proponit, quis deus, & cur illud nomen. Iuppiter est iuuenis: quasi imago Iouis, quae est in eo templo, iuuenem monstrat. Aspice uultus iuueniles, quos in imagine refert. Aspice deinde manus, etiam iuueniles. Nulla tenet fulmina: nam cum iuuenis erat, ea non dum acceperat. Fulmina sumpta Ioui: quasi accepit Iuppiter fulmina. Post ausos gigantes affectare coelum: posteaquam gigantes affectarunt regnum caeleste, & ausi sunt oppugnare constructis montibus, de quibus in primo diximus. Primo tempore, in adolescentia. Erat inermis: nam non habebat fulmina. Ossa, mons. Arsit nouis ignibus, nouis fulminibus. Et Pelion, etiam arsit. Altior Ossa: propterea quod Dicæaribus altissimum cum prodit. Et Olympus est fixus in solida humo: hoc est, ita fixus, ut iam auelli non possit. Sed de his latius dictum est à nobis in eo loco primi libri, Sic petitur caelum, & c.

Stat quoque capra simul, & c. Extat etiam cum Iouis imagine effigies Amaltheae caprae, quae suo lacte Iouem pauit, ut illud indicet aliquando Iouem paruum fuisse. Capella enim Amaltheae nymphae uberibus suis aluit infantem. De qua Germanicus Caesar in Arateo carmine sic ait: Illa putatur Nutrix esse Iouis, si uero Iuppiter infans uera Cretae mulxerit fidissima caprae, Si uero quae claro gratum testatur alumnus: Huius capellae corio usum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimicantem, Musæus **H** auctor est. unde à poetis Aegiochus nominatur. Nymphae Cretides, Cretenses. Feruntur, dicuntur. Pauisse Iouem. Nam Melissa & Amalthea, Melisi regis antiquissimi in Creta filiae. **A** 2 qui ut

**A** qui (ut Dydimus inquit) primus dñs sacrificauit. Illa, capra.

Dedit lac Iouis: quia aluit infantem. Sed de his plura agemus in sequenti libro. Nunc uocor. & c. Nunc ipsum nomen diffinit, quia Veiovis paruus est Iouis. & à simili arguit: quia uegrandia, malè, hoc est, non grandia dicuntur. Hæc enim particula ue diminutionem facit in compositis. Vnde & Pompeius: Ve grande, inquit, significat malè grande: & uecors, uesanus: malicordis, malè sanus. Alij paruum, siue minutum intelligunt, ut uegrande frumentum, & c. Nunc uocor ad nomen, ad aperienda nomen significacionem. Coloni, agrorū cultores. Vocant færa uegrandia, quæ malè creuerunt: quæ non habuere suum incrementum, sic parua sunt. Et uesca uocant parua. Hodie etiam in Marsis nostris, lingua uernacula, quæ parua sunt, uesca dicuntur. ut cum dicunt maluan uescam, de ea quam Romæ parua uocant, intelligunt. Et Festus inquit: Uescus, fastidiosus. Ve enim pro pusillo utebatur. Lucretius uescum dixit edacem, cum ait: Nec mare quæ impendent uesco malè saxa peresa. Si ea uis est uerbi: si ea est proprietatis uocabuli, ut uesca parua dicantur, & uegrandia non grandia. Cur ego non suspicor, puto.

**B** Aedem Veiovis esse eadem non magni Iouis, templū parui Iouis.

Iamq; ubi ceruleum, & c. Vesperii nonarum oriri inquit Pegasus equum alatum, quem Higinus Aratum adducens, & alij complures, Neptuni & Medusæ filii dixerunt. Sed ut alij, ex ipso Medusæ sanguine, quam Perseus interemit, natus est, peruolauit in Helicon: ubi saxum ungula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene est appellatus, sed hic apud Pyrenem Corinthium

**ANTO.**

Creditur hic bene creditur de re fabulosa. Tale & illud est illa putatur Nutrix esse Iouis. Pegasus alij è sanguine Medusæ natum uolunt, cui Perseus caput dicitur abstulisse. Alij Neptuni & Medusæ filii dicunt, & alati fuisse fabulantur. Cælum, aer hoc loco, is est uolantium solium. Noua frena, quia

**C** poete finxerunt Pegasus captum à Bellerophonte, qui post domitam Chimæram hoc equo usus dicitur, unde alius uolans decidit, quo tempore Pegasus in cælum translatus est. Aonias aquas: Hippocrenem fontem Bœotia, dicitur ab equo, ut eius nomen ostendit. De quo ait Perseus: Nec fonte labra proliui caballino. Hinc illud est: Dicitur quæ fontes Aganippides Hippocrenes Grata Medusæ signa tenetis equi. Strabo: Vulgatum est etiam, Caballinū fontem in Helicone erupisse, cum subiecta ibi tellurem feriret ungula. Venerunt nocte Coronæ. Corona Ariadnes octauo idus oritur chronice, quam (ut placet Manilio) decima quinta pars Virginis in ortum ducit, cui Ouidius astipulatur hoc loco. Alij tamen (ut Higinus) cum Scorpione Coronam exoriri dicunt. Alij cum Libra, ut Columella & Plinius. Alij eam partem cum Libra, totā uerò cum Scorpione exoriri uolunt (ut Aratus) quæ occidit manē, orientibus Cancro & Leone, cōstat autē stellis nouem. Et est Corona Vulcani opus, quam Venus, cum Liber pater Ariadnē uxorem duceret, ei donasse dicitur, quamq; ad uxoris insignem idem deus inter sidera collocauit. De cuius situ legimus in 8. Metam. Tenuis uolat illa per auras. Dumq; uolat, gemmas subitō uertuntur in ignes, consistuntq; loco, specie remanente corona. Qui medius, nixiq; genu est anguēq; tenentis. Praestat in hac Corona cæteris fulgore stella quædam, quæ octauo idus Octob. occidit Cæsari, teste Plinio. Hanc, & cæteras Coronæ constituentes, Creten

fontem captus. Vnde Strabo: Fama est, equum Pegasus, cum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprebsum fuisse, alatum inquam caballum è Medusæ ceruice, & de Gorgonis excelsio gutture profilientem. Vulgatum est etiam, Caballinū fontem in Helicone erupisse, cum subiectam ibi tellurem feriret ungula. Hæc ille. Bellerophō post interfectā Chimæram, cum alius hoc equo usus euolaret, decidit equus. & inter sidera collocatus existimatur. Qui ut Higinus ipse ostendit, arcticum circulum spectans, pedibus æstiuo orbe niti, extremo ore caput delphini tangere uidetur. Aquarū manum dextram ceruici suæ coniungens. Huius in stellis corpus apparet usq; ad umbilicū, qui occidit cum Pisce de duobus primo, qui supra tergū eius est fixus. Exoritur cū Aquario toto, & Pisce cum quo occidit. & manu Aquarū dextra. Hic habet in rostro stellas duas obscuras, in capite unam, in maxilla unam, in auribus singulas, in ceruicibus quatuor obscuras: sed maxime lucet, quæ proxima capiti apparet. in humero clarā unā, in pedore unam, in scapulo unam, in umbilico nouissimā unam, in genibus singulas, in poplitibus singulas. Poeta oriri dicit uesperii nonarum Martiarū, Plinius uerò pridie idus Augusti. Sed ortum Poeta accipiamus beliacū. nam occidente sole, tum in alio cælo uidetur. Quod aperte ostendit, cum Suspice dicat, quasi sursum aspice. Iamq; ubi sidera uariabunt. Cælum uariū & pium ostendit in nocte. Ceruleum cælum, inquit, cum uidetur similis color cæli, qui & maris. Suspice, attollas oculos, & cælum respice. Videbis colla equi Gorgonei, Pegasus nati ex sanguine Gorgonis, hoc est, Medusæ, à Gorgadibus insulis.

ses olim uti sidus peculiariter sequebantur. Sciendū Ariadnē à Theseo rapptam, atq; in Naxo relictam esse, ut quibusdam placet, quam Bacchi sacerdos dicitur excepisse. Alij memoria prodiderunt, eam diu apud Theseum permansisse, & ex eo duos filios suscepisse. Alij in Cypro grauidā à Theseo relictam ferunt: ubi excepta à mulieribus.

Cyprijs, antequam pareret, è uita dicitur excessisse. Scriptores autem Naxij duos Minoes tradiderunt, & totidē Ariadnas. prouemq; Baccho nupsisse in Naxo insula: alteram uerò à Theseo desuutam, in eandem insulam nauigasse. De hac Corona non tōdem modo omnes fabulantur. Lege Higinum. Gnosida, Cretensem, à Gnosō Crete oppido, ubi fuit Minois regia. Virgil. Gnosiaq; ardentis descendat stella Corona.

Creditur hic, equus. Profilisse, procul salisse, uel saltans exiisse. Grauida ceruice Medusæ cæsæ: creditur saltasse ex excelsa & facta Medusæ ceruice, quam Perseus execut, cum eam interemit. Comis resperis sanguine, tum cum ressectum à ceruice caput. Cæli, aer. Fuit terra, loco terræ. Huic, equo.

Lapso, uolanti. Supra nubes, & subter sidera: quasi uolanti altius inter sidera et nubes. Et ideo cæli fuit pro terra, quia per acra uolabat, ac si per terram cursum intendisset. Penna fuit pro pedicera alatus, utebatur alij pro pedibus. Iamq; receperat noua frena: iam apud Pyrenem sub Acrocorintho deprebensus fuerat à Bellerophonte, & acceperat noua frena. Ore indignanti, reluctanti. Cum ungula, Pegasus. Leuis, quia alati equi. Fodit aquas Aonias: Gorgoneum, seu Caballinū, seu Pegasus fontem in Helicone, ab Aonia mōtana regione Bœotia. Nunc ipse equus fruuitur cælo, quia cælo locatus est. Quod ante petebat pennis, in quod prius euolabat. Et nitidus micat, lucet.

Quorū

**A** **Q**uinque & decem stellis, cum constet quindecim habere stellas. At Hyginus inquit decem & septem: & in numero earum, quas ipse commemorat, sunt decem & sex. non igitur absurdum esset, si locus diceret, Sexque decemque micat: quia decem & sex numero sunt. Protinus aspicias. Octavo idus Martias, & octavo die mensis oritur Corona, de qua dictum est: O nimium effulgens cœli de parte serena, O oculis nimium grata Corona meis: Aspirato mihi, si quid tua numina possunt, Humani æthereo si quid ab axe uides. Dum procul Iliacæ decus immortalis Coronæ. Et quo nunc celeri non licet ire uia. Gnosiacam liceat tantum obseruare Coronam, Sint tua pro Latijs, sidera sideribus. Nam quotiens orta fulges nitidissima nocte, In radios totiens lumina tollo tuos. Fundunturque genis lacrymæ, dum mente uoluto, Non nostro Iliacam posse fouere sinu, & reliqua. Coronam hanc ex auro & gemis à Vulcano factam uolunt, & Veneri datam: quæ postea, cum Ariadne Baccho nubere, ei à Veneri oblatam est. Hac uolunt aliqui Theseum pro lumine usum in Labyrintho. Qui autem Argolica scripsere, aiunt coronam hanc à Veneri acceptam, Bacchum secum tulisse, cum ad reducendam matrem ab inferis accederet: sed doctus iter ab Hippolyto pro misso, quod peteret, coronam diuisit in loco qui ab ea *εἰς αὐτὸν* appellatus est, reducens matrem, Coronam inter sidera collo-

cavit. Vulgatior tamen fama habet, Ariadnæ à Theseo derelictæ in Dia insula, Baccho postea nuptæ, à Veneri traditam: Bacchum que de uicis Indis, Indorum regis filiam, præstantem forma secum ducentem, cum quereretur Ariadnæ, Bacchus eam eam cum corona inter sidera collocavit. Coronam humero sinistro propè contingere Arctophylax uidetur: quæ autem Engo quasi dextri pedis calce coniungitur. Hæc cancro & leone exoriente occidere, cum scorpione exoriri perspicitur. habet autem stellas nouem in rotundo dispositas, sed ex his tres clarius cæteris lucentes. De ortu autem coronæ Plinius cum poeta non concordat. sic enim inquit: Sexto Nonas Octobris Atticæ Corona exoritur manè. Asia & Cæsari quinto Calendas Heniochus occidit matutino. Tertio Calendas Cæsari Corona exoriri incipit. Et postea subdit: Octavo Idus Octobris Cæsari fulgens in Corona stella exoritur. Idibus Corona tota, Verum alter heliacus, alter cosmicus ortus est. Protinus, subsequenter. Venienti nocte, post noctem Nonarum sequenti nocte. Aspicias Coronam Gnosida, Cretensem. Nam Ariadne Cretensis fuit Gnosio urbe, ubi fuit regia Minois. Est facta dea, ipsa Ariadne est in cœlum relata. Theseo crimine, per se

**B** Ingrato uiro, Theseo, à quo nonnulli Ariadnæ abactam ac derelictam uolunt: de qua incerta feruntur. Lege Plutarchum in Theseo. Notum est, beneficio Ariadnes Theseum è Labyrintho regressum esse. Ouid. alibi. Cum tibi ne uicis tecto morerere recuruo, Quæ regeant passus, pro duce fila dedi. Sorte tori gaudes: leta quod ei Bacchus pro Theseo contigisset, ac pro mortali Deo. Depexos crinibus. Indos. Onescritus auctor est, ut scribit Strabo, Indos cæteris quidem in reb. frugales esse. circa ornatum uerò curiosos. Ad eos, secundum Megasthenem (ut idem ait Strabo) nemo extrinsecus cum exercitu profectus est, præter Herculem, Liberum patrem, & Macedonas. Fila regis, unam captiuarum dicit, Indorum regis filia, quæ Baccho placuisse dicitur. Similes audite querelas: quales audierant fluctus, cum Ariadne de Theseo quereretur. No mine mutato, Thesei in Bacchum.

**A** **V**l. **I**am bene mutarat Bacchum periuro coniuge, iam bene uirum commutauerat. nam pro homine Deum, pro periuro & perfido fidelem acceperat. Quæ Ariadnæ. Quæ dedit fila regenda uiro ingrato. Alludit ad illud Vergilianum: Cæca regens filo uictigiam. Nam Ariadne dederat filium Theseo, quo sciret è Labyrintho regredi. Et in Heroidibus: Cum tibi ne uicis tecto morerere recuruo, Quæ regeant passus, pro duce fila dedi: Et paulo post: Nec tibi quæ reditus monstrarent fila dedissem, Fila per adductas sæpe recepta manus. At ille non retulit beneficij gratiam. Sorte tori gaudens: iam cum gauderet thalami, seu coniugij fortuna. Dixit, quid flebam rustica: quid flere debebam, me ab illo derelictam? Ille, Theseus fuit nobis perfidus, periurus proditor. Ut iliter: quasi sua perfidia fuit no-

dia Thesei, qui eam in Dia reliquit.

**I**am bene periuro mutarat coniuge Bacchum,  
**Q**uæ dedit ingrato fila regenda uiro.  
**S**orte thori gaudens, quid flebam rustica, dixit:  
**U**tiliter nobis perfidus ille fuit.  
**I**nterea liber depexis crinibus Indos  
**V**incit, & Eoo diues ab orbe redit.  
**I**nter captiuas facie præstante puellas  
**G**rata nimis Baccho filia regis erat.  
**F**lebat amans coniunx, spaciataque littore curuo  
**E**didit incultis talia uerba comis:  
**E**n iterum fluctus similes audite querelas,  
**E**n iterum lachrymas accipe arena meas:  
**D**icebam, meminî, periure & perfide Theseu:  
**I**lle abiit: eadem crimina Bacchus habet.  
**N**unc quoque nulla uiro, clamabo, foemnia credat,  
**N**omine mutato causa relata mea est.

bis utilitas, quia Deo nupsimus. Interea Liber depexis crinibus Indos Vincit, & Eoo diues ab orbe redit. Posteaquam Ariadne Baccho nupsit, ad Indicam expeditionem Bacchus profectus est: cuius uictor rediret, ducens secum Indorum regis filiam, uerens Ariadne, ne illius amore à Baccho relinqueretur, cœpit miserabiliter queri, nõ secus ac fecerat cum à Theseo derelicta est. Interea, dum se felicem tanto coniuge Ariadne existimabat. Liber, Bacchus. Vincit Indos. et hoc quoque tetigimus in primo lib. quia triennio totam Indiam domuit, per que omnem urbem exercitum circumduxit & plura reliquit trophæa, statusque suarum expeditionum testes. Depexis crinibus: sicut est eorum mos, pectere & enutrire comas & barbam. Et redit diues: quasi cum ingenti præda. Ab orbe Eoo, ab oriente. Fila regis, Indorum scilicet. Præstanti facie, quæ præstabat cæteris forma. Inter puellas captiuas, quæ captiuæ ex India ducebantur. Brat nimis grata Baccho, mirum in modum placebat. Amans coniunx, Ariadne. Flebat, cum audisset illum illam ducere, & cratam esse. Spaciataque littore curuo, cum spaciaretur: hoc est, gum deambaret per litus sinuosum, ut est illud in Arte: Antu modò Pompeia lætus spaciare sub umbra. Edidit talia uerba, ita loquuta est. Comis incultis, crinibus non ornatis, sed solutis. En iterum fluctus similes audite querelas, En iterum lacrymas accipe arena meas. Querela Ariadnes, quæ adducta esset ei pellex à Baccho. Querebatur primum de Theseo: nunc similis causa data est stetit. profunditur in questus et lacrymas, et undique mouet cômiseratione. O fluctus, o marina uicta. En iterum audite similes querelas, quales audiuistis prius, cum à Cæsarem re-

**A** *dis.* En iterū, ò arena, accipe meas lacrymas, sicut tūc acceperas. Dicebam, tunc cum me ille perfidus reliquisset. Memini, me scilicet sic dixisse. O Theseu periure & perfide: appellabam illum periurum, & fidei uiolatorem. Ille abiit, discessit à me, nec reuocatus rediit. Bacchus habet eadem crimina, fidei scilicet uiolat: quia adducit pellicem. Nunc quoque

clamabo, Nulla fœmina credat uiro: nunc etiam illud cum clamore dicam, non esse à puellis adhibendam uiris fidem: nam omnes sunt deceptores. Causa mea, ob perfidiam uirilem. Et relata mutato nomine, nam querebar de Theseo, nunc de Baccho: ita nomen mutatum de Theseo in Bacchum.

**ANTO.**

In desertis morituram Liber arenis Seruabas. Chij insule, uel Naxi arenas dicit, secundum Senecam. Moriturus autem participium aptitudinem hic, non ad eum significat. Potui dedoluisse semel: potui ubi me Theseus reliquerat, morte dolorem deponere. Thesea culpabas: quia carere debet omni uitio, qui in alium paratus est dicere. Nesciat hoc quisquam, ne mea culpa bis derelicta uel decepta uidear.

**B**

Præcipue cupiam celari Thesea, ne te Theseu, quod & deus quoque me spreuerit. Præposita est fusca mihi candida pellex. Proprie dicit pellicem, quæ cum eo corpus misceat, qui habet uxorem. Est autem hoc loco Ironia, ubi Ariadne se fuscam, & pellicem candidam dicit. Quam figuram, illusionem uocant, teste Quintiliano: quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Inquinat, uitio nigredinis, quod Ariadne suspicatur in Bacchum posse transferri.

**PAVL.**

O utinam, & c. Vinam, inquit, remansissem deserta in litore, nec me Bacchus repperisset: nam iam extincta non hos sentirem dolores. O utinam mea fors, mea fortuna. Iffet quod primum cœperat, perseverasset in tenore incepto. Iamque in presenti tempore nulla forem: quia essem extincta. Et muliebris locutio est, cum dicat, Nulla: ac si spiritus non superfuisset.

Quid me in desertis, & c. Ariadnen in Chia insula à Theseo relictam, ex eius epistola in Heroidibus latè constat. Liberum illi opem tulisse, in coniugem accepisse, & in Metamor. & in Arte amandi, & in Amici tragœd. refertur, & paulo ante retulimus. Nunc queritur seruatum à Baccho fuisse: nam mortua rursum eundem minime dolorem sentiret. Appellatque illum leuiem, quoniam adduxerit pellicem, uiolaritque fidem: quod eo turpius est, quod qui Theseum damnabat, eiusdem criminis possit accusari. O Liber, Bacche. Quid seruabas me morituram: cum iam moritura essem, cur opem attulisti. In arenis desertis, incultis: cum essem in deserto litore. Potui semel dedoluisse: quasi potui semel carere, morte scilicet. Hæc particula de, sepe in compositione deficientem uim sui simplicis indicat: ut se uit, desæuit: disco, dedisco: tegeo, detego: sic doleo, dedoleo. Bacche leuis, inconstans. Et leuior tuis frondibus, quæ cingunt tempora: leuior pampinis, quibus coronaris. nam ut illi decidunt ex arboribus, nec seruant uiriditatem, ita tuus animus sua inconstantia agit. Cognite Bacche in lacrymas meas: quarum tu causa es, cum pellicem superinducas. Es ausus sollicitare, sollicitum & anxium reddere. Torum, thalamum. Tam be-

O utinam mea fors quò primùm cœperat, isset, iamque in presenti tempore nulla forem. Quid me in desertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluisse semel. Bacche leuis, leuiorque tuis, quæ tempora cingunt, Frondibus, in lacrymas cognite Bacche meas. Ausus es ante oculos adducta pellice nostros, Tam bene compositum sollicitare torum. Heu ubi pacta fides: ubi quæ iurare solebas? Me miseram, quoties hæc ego uerba loquor. Thesea culpabas, fallentemque ipse uocabas. Iudicio peccas turpius ipse tuo. Nesciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar, Ne toties falli digna fuisse puter. Præcipue cupiam celari Thesea, ne te Consortem culpæ gaudeat esse suæ. At puto præposita est fusca mihi candida pellex. Eueniat nostris hostibus ille color. Quid tamen hæc refero: uitio tibi gratior ipso est. Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.

nomine amicam, paulo honestiore concubinâ appellari. C. Flaccus in libro de Iure Papyriano scribit, pellicem nunc uulgo uocari, quæ cum eo cui uxor sit, corpus misceat. Quidam eam, quæ uxor loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακίω uocant. Heu ubi pacta fides, ubi ea quam promissisti fidem. Vbi quam solebas iurare, per quam iurabas. Me miseram, dico scilicet. Quoties ego loquor hæc uerba, quoties cogor ita loqui. nam primum perfidia Thesei, nunc uerò Bacchi facit ut ita loquar. Culpabas Thesea: damnabas Theseum à perfidia, quod me reliquisset. Et tu ipse uocabas fallacem, quia periurus. Tu ipse peccas turpius, reprehensibilis tuo iudicio: quia qui perfidum & fallacem illum iudicabas, nunc cum in eodem sis crimine, ex eo quod illum damnabas, longè magis damnari mereris. Nesciat hoc, & c. Vellem, inquit, hoc omnes latere, ne quis putet me toties mea culpa derelictam: & in primis latere uelim Theseum, ne gaudeat nunc deū in me fuisse fallacem. nam numinis exemplo culpam suam extenuaret. Nesciat quisquam hoc, me scilicet à Baccho fuisse deceptam. Et urar, absumar ego. Tacitis doloribus: ne cui sint cogniti, sed tacita ipsa adurar. Ne puter, ne existimer. Fuisse digna toties falli, meruisse aliqua mea culpa toties à uiris decipi. Præcipue, in primis. Cupiam celari Thesea, cupiam hoc esse illi occultum. Ne gaudeat te esse consortem suæ culpæ, te fuisse eiusdem fallacia studiosum. At puto. Ironicus sermo, ut pellicem in contemptum adducat. Præfers, inquit, mihi illam candidam, cum illa patrio colore fusca sit, & Ariadne candida. At puto est præposita, in amore tuo. Mibi fusca, nigranti. Pellex candida: captiua, quam pro amica ducis nixæ faciei. Ille color: fuscus, qui est in ista pellice. Eueniat nostris hostibus: quasi non amici, sed hostes sint ita nigri, ut illa est. Tamen quid, cur refero. Hæc est tibi gratior, incundior. Ipso uitio, ipsa nigredine, quod

ne compositum, tam bene iugali iure munitum.

Adducta pellice, cum pellicem adduxeris ante oculos nostros. Pellices nunc quidem appellantur, alienis succumbentes, non solum fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem suam haberi uidebat. Cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio, hac lege: Pellex arat nonis ne tangito: si tanget, Iunoni criminis dimissis agnam fœminam cædito. Pœpeius Massurius libro Memorabilium, pellicem apud antiquos eam habitam scribit, quæ cum uxor non esset, cum aliquo tamen uiuebat: quam nunc uero

**B**

**G**

**H**

quod

**A** quod uitium est corporis. Nam, ut Modestinus de uerborum significatione inquit, Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, uerum est: uitium uero, perpetuum corporis impedimentum. Et subdit: Nam et luscus utiq; uitiosus est, Morbum apud Sabinum sic diffinitum esse, sciendum est, habitum cuiusq; corporis contra naturam, qui usum eius ad id faciat deteriore, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem aliis in toto corpore, aliis in parte accidere (namq; totius corporis mor-

bus est, puta febris, partis, ueluti cecitatis, licet homo ita natus sit) uitium à morbo multum differre: ut puta si quis balbus sit, nam hunc uitiosum magis esse, quàm morbosum. Et reliqua plura enim de his agit Vlpianus iuricons. de quibus aliàs. Quid facis, d Bacche qui illam amas. Illa, inquinat, polluit. Tuos amplexus, commaculat tua brachia suo colore: nam nigredinem contrahent.

**T O.** Matrem, Pasiphaen, ex qua et tauro natus est Minotaurus. Nota est fabula. Me tua, exempla matris, cui taurus placuit cornibus praeditus. nam et Baccho à poetis dantur cornua. ut, Aecedant capiti cornua, Bacchus eris. Vel quòd primus tauros u-

**B** go subiecerit, et arare docuerit: uel quòd nimio uino (ut inquit Festus) homines truces fuit. Per cornua enim significatur proteruitas et contumacia, teste Porphyrius. Unde illud est, Ad dis cornua pauperi. Ceterum plures fuerunt Dionysij, teste Diodoro. Ortus in igne dicitur Bacchum ignigenam di-

cit, quòd à Semele matre à fulmine percussa, ab eius aluo ereptus est. Pro caelo qualia damna fero. Pathos ab eo quod est praeter spem. Mihi iuncta uocabula sumes: ut me Liberum uocant, ita et te Liberam nominabunt. Monumenta Coronae: Corona quae refertur in caelum, ut sit monumentum amoris Liberi in Ariadnem: non quòd eam Bacchus Ariadnae dederit, sed quòd eam in caelum relaturus sit: quam et retulit in eius gratiam. Est autem monumentum, quicquid in posterum memoriae causa proditur, et quicquid ob memoriam alicuius sit: ut fana, porticus, carmina, et similia. Et à monendo dictum existimatur.

**C** **VL.** Bacche fidem praesta, adhibe mihi fidem. Ne praeser, noli praepone. Ullam amoribus coniugis: quia magis te amat coniunx, quàm ancilla: ergo ne praeseras ullam mihi. Assueui semper amare uirum. nam prius Theseum, deinde te ardentissime amavi, seruauiq; fidem inuolatam. Cornua tauri formosi ceperunt matrem: quasi Pasiphae mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi. nota est fabula Pasiphae, uxoris Minois, quae tauro succubuit, unde natus est Minotaurus. sed de his cumulatius in sexto Aeneid. diximus. Me tua, scilicet cornua capiunt: quasi ego capta sum cornibus tuis. nam Bacchus cum cornibus pingitur: de quo paulo post. Sed laedit me, scilicet quia nimium ex cruciat. Ille amor pudendus, amor tuus in captiuam. ideo pudendus, quòd serua est et fusca. aliqui referunt illud ad Pasiphaen: quia pudendus amor illius quae tauro succubuit. Nec noceat mihi, scilicet quòd amo te, sed potius proficit. Enim, quia. Non nocebat, sed proderat. Tibi, d Bacche, quòd tu ipse es passus nobis flammam tuas: quòd aperuisti nobis amores tuos, sic prodesse debet et mihi, cum scias te amari à nobis. Nec facis mirum, non est res miranda. Quòd nos uris, quòd uror ego tuo amore. Diceris ortus in igne: iccirco non est mirum, quia tu natus in igne iniectis mihi flammam. Et di-

Bacche fidem praesta, ne praeser amoribus ullam  
Coniugis, assueui semper amare uirum.  
Ceperunt matrem formosi cornua tauri,  
Me tua, sed laedit ille pudendus amor.  
Ne noceat quòd amo: neq; enim tibi Bacche nocebat,  
Quòd flammam nobis passus es ipse tuas.  
Nec quòd nos uris, mirum facis, ortus in igne  
Diceris, & patria raptus ab igne manu.  
Illa ego sum, cui tu solitus promittere caelum.  
Hei mihi pro caelo qualia dona fero.  
Dixerat: audierat iam dudum uerba querentis  
Liber, ut à tergo forte secutus erat.  
Occupat amplexu, lacrymasq; per oscula siccatur,  
Et pariter caeli summa petamus ait.  
Tu mihi iuncta thoro, mihi iuncta uocabula sumes:  
Nam tibi mutata Libera nomen erit.  
Sintq; tuae tecum faciam monumenta Coronae,  
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi,

ceris raptus, ereptus. Ab igne, à fulmine. Manu patria, manu Iouis. nam cum Semele examinata esset fulmine, editus immaturus infans, femori Iouis adhaesit, ubi tempora debita compleuit. Et si unus tantum Bacchus seu Dionysius à plerisq; poetis refertur, plures tamen fuerunt. Diodorus duos fuisse testatur: priorè indum, qui primus docuerit ex uua uinum elicere, et arborum curam: secundum ex Ioue et Proserpinae uel, ut alij, ex Cerere natum, qui primus boues ad aratri iunxit, cum terra prius hominum manibus coleretur. Cui ob multa beneficia, diuini

sunt instituti honores: additaq; ad eius statuas, uelut insignia quòd dam, cornua, ob perutile agricolis inuentionem aratri. Tertium ex Ioue et Semele Cadmi Thebis in Bœotia natum dicunt. Semeles Iouem amore captum, et cum ea saepius cubuisse ferunt. Inde Iunonè in ancillam uersam, suasisse Semelae ab Ioue petere, ut ea secum maiestate concumberet, qua cum Iunone consuesisset. Quo promisso, cum tonitru et fulmine ad eam descendit: quae territa, expirans abortiua est. Editum ante tempus filium Iupiter in femore recipit, et partus tempore in Nysam Arabiae ciuitatem tulit. Vbi à nymphis educatus infans, à patre et Nysa, Dionysius est appellatus. Ais enim Graecè, Latine Iupiter. Hic igitur ortum in igne dicit, quia Iouis fulmine. Praeterea, ut inquit Pompeius, cornua Liberi patris simulacro adiciuntur, quem inuentorem uini dicunt, eo quòd homines nimio uino truces fiunt. Illa ego sum, cui tu, d Bacche. Es solitus promittere caelum. saepe pollicitus es, me in caelum referre. Hei mihi, qualia dona fero pro caelo: loco promissi caeli, sum ita abs te relicta: et pro munere, pellicem Indicam adducis. Dixerat, audierat: querentem ita Ariadnem Bacchus audiuit, amplexusq; eam, primum uerbis consolatur: deinde in caelum reuoluit, coronamq; simul inter astra collocauit, nouemq; gemmas in totidem stellis transformauit. Dixerat, iam quæstia erat Ariadne. Liber, Bacchus. Iamdudum, ex illa cepit loqui. Audierat uerba querentis, Ariadnes lamentantis. Ut, sicut. Fortè erat sequutus à tergo, dum deambulans illa per arenas querebatur, sequebatur à tergo Bacchus. Occupat amplexu, amplectitur illam. Et siccatur lacrymas per oscula: osculabatur illius genas, et siccabat lacrymas. Et ait, Petamus pariter summa caeli, et c. conscendamus simul in caeli summitatem. Tu mihi iuncta thoro, quasi iuncta iure iugali: nam tu mea coniunx.

**A** Sumes uocabula mihi iuncta : quæ iuncta es thalamo, tris quoque iuncta nomine. Nam tibi mutata, ex humana in deam, ex mortali in immortalē. Erit nomen Libera : nam ut ego Liber dicor, tu quoque Libera dicēris. Et faciam sint tecum monumenta tuæ coronæ : ut tecum habeas in cælo coronam tuam, aut ipsius memoriam, nam eius gemmæ in stellas transferentur. Monumentum est, ut Vlpianus iuriconsultus inquit, quod meo

morie seruandæ gratia existit. Et Florentinus : Monumentum, inquit, generaliter res est in posterum memoriæ causa prodata, in qua si corpus, uel reliquæ inferuntur, sicut sepulchrum : si uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum. Quam coronam, Vulcanus dedit Venere, quod superius diximus. Illa tibi : nam Venus tibi dono dedit.

**ANTO.** Per stellas nunc micat illa nouem. Seruius scribit, sex stellas esse quibus in cælo Corona hæc declaratur, alij nouem, unde illud est : inde nouem numero Cressam fecere Coronam. Id signum maximè lucere cernitur, ut, Hic illa eximio posita est fulgore Corona. Ouidius alibi : Bacchi coniunx redimita Corona, Præradiat stellis signamina sua. Sex ubi sustulerit, totia demque remiserit orbis.

**Dicta facit, gemmasque noue transformat in ignes,  
Aurea per stellas nunc micat illa nouem.  
Sex ubi sustulerit, totidemque remiserit orbis,  
Purpureum rapido qui uehit axe diem :  
Altera gramineo spectabis Equiria campo,  
Quem Tyberis curuis in latus urget aquis,  
Qui tamen eiecta si forte tenebitur unda,  
Cælius accipiet puluerulentus equos.  
Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,  
Non procul à ripis aduena Tybris tuis :  
Plebs uenit, ac uirides passim disiecta per herbas  
Potat, & accumbit cum pare quicque sua.**

in totidem stellas ignitas. Aurea, corona ex auro. Micat, lucet. Per stellas nouem : nam quot gemmæ fuerant, tot nunc sunt stellæ, numero nouem. Sex ubi sustulerit. Tertio decimo die mensis, hoc est tertio Idus Martis, sicut Equiria in cæpo Martio prope Tybrim : quod si inundaret Tybris, ut ille locus aquis tegetur iter in Cælium montem, ibi erunt equorum cursus, quos multi putant à

Tertio Idus Martias iterum Equiria celebrantur : dicta, ut ait Varro, ab equorum cursu. Bo enim die currunt in campo Martio : cuius admirabilis magnitudo (ut inquit Strabo) curules cursus, et alia equestria certamina expedita suppedibat. Dicit autem Altera equiria, quia supra legimus : iamque duæ restant nobiles de mense secundo, Martique citos iunctis curribus urget equos. Hos ludos diximus à Romulo institutos esse Marti patri qui (si forte hoc tempore, quo flumina imbribus augeri solent, campum Martium aquæ Tyberis occupassent) transferebantur ad ad Cælium montem. Vnde ait Festus : Martialis campus in Cælio monte dicitur, quod in eo Equiria solebant fieri, si quando aquæ Tyberis campum Martium occupassent. Ad hunc montem uia fuit propemodum plana, ut : Cælius ex alto, quæ mons descendit in æquum, Hic ubi non plana est, sed propè plana uia est. Dicitur autem est Cælius (ut Festo placet) à Cælio quodam ex Hetruria, qui Romulo auxilium aduersus Sabinos præbuit, et in eo domicilium habuit. Vel (ut ait Varro) à Cælio Vibenna, ex eadem prouincia, qui dicitur Romulo uenisse auxilio, post cuius obitum Thufci, quod nimis munita loca tenerent, deducti dicuntur in planum, à quibus uicus Thuficus dictus est. Puluerulentus : quod eò non peruenerint aquæ Tyberis campum Martium inundantis. Idibus est Annæ, et c. Idibus Martiis priuatim et publicè sacrificabatur Annæ Perennæ, ut annare perennas reque commodè liceret, ut scribit Macrobius. Hanc deam nonnulli Lunam esse crediderunt, è cuius cursu menses annum implentes colliguntur. Alij Themis : quam idem esse existimabant quod quod fuit, aut ore Festo. Alij Annam, Didus sororem : alij unda Atlantidum, alij Isidem : alij anum quandam suburbanam, quæ famescenti plebi, cum in Sacrum montem secessisset, liba dicitur ministrasse. Quod adeo gratum plebi fuit, ut eam in deorum numerum referendam curauerit. Placet autem Silio in octauo Punicorum Annam Perennam Didus sororem esse, ut : Regnisque Aeneadem germana colatur Elise. Quam nympham in Aricino agro siue Laurenti consecratam, à perpetuitate, Perennam existimant appellatam. Eius festum geniale dicitur, quod plebei apud Tyberim genio et uoluptati operam darent, et cantu et potu largiore perennem uitam sibi auspiciantes.

**PAVL.**

Dicta facit : nam retulit illam in cælum. Et transformat, transmutat. Nouem gemmas, quæ sunt in Corona. In ignes,

Romulo institutos Marti genitori. Vbi, postquam. Qui, Phæbus. Vehit axe rapido, refert curru ueloci, nam partem pro toto posuit. Diem purpureum, rubicundum. Sustulerit, eleuauit. Sex orbis, rotunditates, seu solares orbis. Diuiserit, deorsum miserit : hoc est, postquam sexies orietur sol, et totiens occidet sol, id est, postquam fluxerit sextus dies ab ipso ortu Corona. Spectabis altera Equiria, equorum cursus. Campo gramineo, in campo Martio herido. Altera dixit, quia et altera fiebat in fine Februarij, de quibus suo loco diximus. Quæ, campus. Tybris urget in latus : quasi ambit ab uno latere, aquis curuis, flexis et sinuosis. Campus Martius iuxta Tybrim, ubi sæpe fiebant ludi et certamina : circum erant porticus pulcherrimæ, et horti nemorosi. In eo etiam erat Augusti mausoleum ex marmore candido, in uertice aeneum Augusti simulacrum habens. Qui tamen, campus. Si forte tenebitur, occupabitur. Vnde cicca, inundatione Tyberina : nam tunc eicitur unda à Tybride. Cælius, mons. Puluerulentus, siccus, ubi non fit inundatio. Accipiat equo, et sicut Equiria in Cælio, qui mons ita dictus, ut Varroni placet, à Cælio Vibenna Thufco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra Latinum regem. Hinc post Cælij obitum, quod nimis munita loca tenerent, ne sine suspitione essent, deducti dicuntur in planum, ab eis dictus uicus Thuficus. Et ideo ibi Vortunum stare, quod is Demus Hetruriæ, princeps de Cælianis : quia suspitione liberi essent, traductos uolunt in eum locum, qui uocatur Cæliolus, cum Cælio coniunctum. Et Pompeius ait : Cælius mons dictus est à Cælio quodam ex Hetruria, qui Romulo auxilium aduersus Sabinos præbuit, eo quod in eo domicilium habuit. Idibus est. Et superius diximus, autore Macrobio, mense Martio sacrificatum iri ad Annam Perennam, quo commodè annare et perennare liceat. Poeta uerò referens Annæ sacra, turbam inquit in campum conuenire hæc celebraturam, et pro uita perennitate mero indulgere : precarique ut quot calices exiccarent, tot annos uiuerent, ita ut inde nemo discederet non ebrius. sed quæ dea sit Anna, uarias refert opiniones, alios putare Annam sororem Didus, alios Lunam, alios Themis, alios Isidem, alios Pleionem, seu Maiam, alios Annam quandam in suburbanis locis uillis natam. Annæ autem festum Idibus Martiis celebrabatur. Idibus, Martiis scilicet, hoc est decimo quinto die mensis. Est festum

A festum geniale: quæsi plenum uoluptatis, nam genius pro deo uoluptatis interdum accipitur, & pro uoluptate ipsa, ut illud, Acceptus genis illa December habet. Annæ Perennæ, quæ com modè amare & peremmare facit. Non procul à ripis tuis d Tybri adueni: qui aliunde aduenis, nam ex Etruria. Ergo in campo Martio propè Tybrim fiebant sacra genialia à plebe.

Plebs uenit, in campum. At disiecta per uirides herbas, effusa in diuersis locis, Passim, aperte per gramina. Potat, & accumbit quisq; cum pare sua: quisq; bibit, & est cum coniuge, aut sociâ. Sub Ioue: aliqui sub dio sunt, aliqui sub tentorijs, alij sub extructorum ramosum umbra.

Sub Ioue pars durat:

sub diuo, nullis latorijs, nullis frondibus tecti.

Ad numerumq; bibunt.

Mite hoc certaminis sine ludi genus fuit apud antiquos, qui etiam tot calices interdum exhaurire consueuerunt, quot literis amicarum nomina continebant.

Martialis: Næuia sex cyathis, septè Iustina bibatur, Quinq; Lycas, Lys de quattuor, Ida tribus.

Qui Nestoris ebibat annos: tot calices, quot annos uixisse dicitur Nestor. de quo autor alibi: Vixi annos bis centum, nunc tertia uiuitor etas.

Cicero in Catone maiore: Videtis ne ut apud Homerum sepius Nestor de uirtutibus suis prædicet? tertiam enim ætatem iam hominum uiuebat. Iuuenalis: Rex Pylus, magno si quicquam credis Homero, Exemplum uitæ fuit à cornice secundæ. Est autem etas interdum annorum triginta, ut Laetantius Grammaticus & pleriq; alij scribunt. Sibylla, Sibyllæ decem fuerunt, ut scripsit Varro. Lege Laetantium Firmianum. Eas rum uni dilectæ ab Apolline dicitur oblatum ab eo poscendi quod uellet arbitrium, quæ tot annos poposcit, quot harenas manibus hausisset. Hanc esse nonnulli Cumeam uolunt, quæ fuit longè ante bellum Troianum, ac uixisse dicitur Roma regibus seruiente. Est autè hoc loco figura hyperbole, quis enim tot calices hausit uno die, quot annos uixisse Sibylla dicitur. Quicquid dicere theatris: carmina in theatris audita, & coherentia uoluptati, cui nunc inter uina uulgi indulget. Cum redeunt, è campo Martio, ubi largius poti ebrietatem cõtraxerunt. Fortunatos, quibus uina omnem tristitiam abstulerunt.

Pars durat sub Ioue, sub dio: hoc est sub aere, non sub tectis.

& Dios est Iupiter. & Horatius: Manet sub Ioue frigido Venator, teneris coniugis immemor. Pauci ponunt, erigunt.

Tentoria: more militum, ut sub tentorijs sint. Sunt, aliqui.

Quibus casa est facta frondea è ramis, qui casam faciunt ex frondosis arborum ramis. Pars, eorum qui illuc conuenere. Statuere calamos, erexere humi defixas barundines. Pro columnis rigidis, duris & firmis. Imposuere desuper, super columnas ipsas. Togas extentas. Toga, ut Marcellus inquit, uestimentum erat commune & uiris & mulieribus, tam diurnum, quam nocturnum dicitur, à tenendo. Sole tamen, excalescunt multi tam calore solis, quam exhausto mero: ornatq; ut quot pocula desiccauerint, totidem annorum uita contingat, qua quidem ratione multi erant qui Nestorem numerum superarent, & ad Sibyllæ numeros ascenderent. Tamen calent, illi. Sole & uino, quod hauriunt. Et precantur annos, precibus à dijs tot

Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt:

Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.

Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis,

Desuper extentas imposuere togas.

Sole tamen, uinoq; calent, annosq; precantur,

Quot sumant cyathos, ad numerumq; bibunt.

Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos,

\* Quæ sit per calices facta Sibylla suos:

Illic & cantant quicquid didicere theatris,

Et iactant faciles ad sua uerba manus.

Et ducunt posito \* duras cratere choreas,

Cultaq; diffusis saltat amica comis.

Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula uulgi,

Et fortunatos obuia turba uocat.

Occurrit nuper, uisa est mihi digna relatu

Pompa, senem potum pota trahebat anus.

Quæ tamen hæc dea sit, quoniam rumoribus errat

Fabula, proposito nulla tenenda meo.

Arserat Aenææ Dido miserabilis igne,

Arserat extructis in sua fata rogis.

annos poscunt. Quot sumant cyathos, quos plenos discernit uini cyathos. Et bibunt ad numerum: quia numerant, quotiens bibunt, ut numerum teneant. Inuenies illic, in eo campo. Qui ebibat annos Nestoris: qui totiens bibit, quot annos uixit Nestor ille Pylus, quem uixisse dicunt trecentos annos. de quo dixit: Iam tertia uiuitor etas. Quod sit facta Sibylla per calices suos, quod etiam annos Sibyllæ adæquarit, hoc ob Cumeam dicitur, quæ fuerat longè ante Troiana bella: & uixit, ut à multis asseritur, ad Romanorum usq; regum tempora. Nam in Metamorphosi ipsa

Aenææ refert uixisse septè secula, superuicturamq; annos 300. Si bylla dicitur, quasi Dei mens, hoc est consilium. Illic & cantant, canunt quod in theatris audiuere cani: agitant & excutunt manus, uelut est mos ebriorum: & saltant depositis parumper poculis. Et cantant illic, in campo. Quicquid didicere theatris: non carmina ad hunc usum cõposita, sed ea quæ in theatris didicere, cum recitata sunt fabula. Theatru, spectaculum, à θεῶν, quod est uideo. Et iactant, ut ebrj solent. Manus faciles ad sua uerba: nam eas ad cantu agitant. Et ducunt iunctis choreas saltationes. à χορός, quod est salto. Vergilius: Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Syllabaq; media ad placitum ponitur, ut etiam in eo uersu: Immemores nostri festas duxere choreas. Posito cratere, deposito parumper poculo. Et amica culta, ornata. Saltat diffusis comis, passis crinibus. Cum redeunt, è campo domum. Titubant, trementi & inconstanti passu incedunt, nam ebrj redeuntes eunt titubanter, & firmare passum nequeunt. Et sunt spectacula uulgi: quia ab omni multitudine spectantur. Et turba obuia, quæ illis redeuntibus occurrit. Vocat fortunatos, appellat eos foelices: quia quoad ebrj sunt, nec bona, nec mala discernunt: nec cupiditate ulla, nec ambitione mouentur. Occurrit nuper mihi pompa: turba ebriorum redeuntium, & in ordinem incedentium facta est mihi obuia. Visa est digna relatu, digna quæ referatur. Anus pota, ebria uetula, quæ multum potauerat. Trahebat senem potum, ebrium. Iucundum erat spectaculu, cum ebria ebrium duceret. Potus, in utramque accipitur significatio nem, & pro eo qui potauerit, ut hic: & pro eo quod potauerit, ut inferius: Clauiger & tanto est Albula pota deo. Quæ tamen: sed quæ dea sit Anna, quoniam uariæ sunt opinioniones, ego omnes referam. Tamen quæ dea sit, hæc quæ Anna Perenna dicitur. Quoniam fabula erratur, incerta est &

B uaria

TO.

Qd.

unc.

C

VL.

D

**A** uaria refertur. Rumoribus, incertis relationibus. Nulla, fabula scilicet est. Tegenda, uelanda. Meo proposito, ex instituto meo: quia de omnibus agam. Arserat. Adu-rus de Anna, sorore Didus, ab ipsius morte Didus incipit: imitatus in hoc Vergilium, qui dixit eam sibi necem consciuisse ob amorem Aeneae: quod falsum est. nam non ob Aencam, sed seru- uatam pudicitiam. Cum ab Hiarba rege premeretur, cogent' que eam ciues illi se tradere, extructa pyra se ipsam inte- remit. Occupata est ea extincta Carthago ab Hiarba. fugit in- de Anna, postq; longos errores uenit in Laurentinum litus: ubi agnita ab Aeneae, benignè suscepta est, commendata que

**ANTO.** Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem, ipsa sua Dido concidit ista manu. Fabulantur quidem poetae, quod ob Aeneae disces- sum Dido structa pyra gladio incubuit. idemq; etiam canunt, Carthagi- nem paulo post excidit Troia conditam esse, sed (ut scribit Iustinus) Hiarbas decem Pæno- rum principibus accer- sitis Didus nuptias sub belli denunciatione pe- titi: que pyra in ultima parte urbis extructa, ue- lut placatura Sichæi manes, hostijs casis eam conscendit, & gladio ui- tam finiuit. Carthago autem cõdita est septua- gintaduobus annis an- te quàm Roma. Mau- rus Hiarba, rex Mau-

ritania: que provincia est Africa ad occidentem, & fretum Gaditanum. Sed idem est Numidia regnum obtinuit, quæ ab oc- casu ad Mauritaniam extenditur, ab ortu ad Syrtis, unde re- gio Carthaginensis incipit. Bius incolæ Numidæ, quasi noma- des, à permutandis pabulis appellantur. Hunc regem Vergilius Getulum uocat. ut, Captam ducat Getulus Hiarbas. Tertia nudatas acceperat area messes, Anq; cauos ierant tertia musta la- cus. Descriptio temporis poetica, à messibus & uindemia. Fa- uilla, cineres Didus unguenta, & Annæ discessuræ lacrymas bi- bunt. Pede labitur æquo, prospera uititur nauigatione, donec ad Melitam peruentum est. Est autem pes, finis quo tenditur uelum, autore Seruio. Seneca in Medea: Nunc prolato pede transuersos captare notos.

**PAVL.** Et ignis est compositus: hoc est, cinis qui ex cremato cada- uere superfuit, est in urna reconditus. Et erat hoc breue car- men in marmore tumuli, hoc exiguum epigramma inscriptum est tumulo. Quod, carmen. Ipsa moriens reliquit. Allu- dit ad illud, quod in Heroidibus prius fecerat, cum in epistola ad Aeneam Dido ita dicat: Nec consumpta rogis inscribar Elisa Sichæi: Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit. & subse- quuntur hi duo uersus, quos etiam apposuit. Aeneas præbuit & causam mortis, quia fugiens fuit illi causa, ut seipsam conso- deret. Et ensem: præbuit causam, & præbuit instrumentum. nam reliquit ensem, quo se illa confecit. Ipsa Dido concidit, extincta est. Vsa sua manu, ad seipsam extinguendam. Protinus inuadunt Numidæ sine uindice regnum Et potitur ca-

Compositusq; cinis, cumuliq; in marmore carmen,  
Hoc breue quod moriens ipsa reliquit erat,  
Præbuit Aeneas & causam mortis, & ensem.  
Ipsa sua Dido concidit ista manu.  
Protinus inuadunt Numidæ sine uindice regnum,  
Et potitur capta Maurus Hiarba domo.  
Secq; memor spretum, thalamis tamen inquit Elisæ:  
En ego, quem totiens reppulit illa, fruor.  
Diffugiunt Tyrii quo quemq; agit error, ut olim  
Amisso dubiæ rege uagantur apes.  
Tertia nudatas acceperat area messes.  
Inq; cauos ierant tertia musta lacus.  
Pellitur Anna domo, lacrymansq; sororia linquit  
Mœnia: germanæ iusta dat antè suæ.  
Mixta bibunt molles lacrymis unguenta fauilla,  
Vertice libatas accipiuntq; comas.  
Terq; male dixit, cineres ter ad ora relatos  
Pressit, & est illis uisa subesse soror:  
Nacta ratem, comitesq; fugæ, pede labitur æquo,  
Mœnia respiciens, dulce sororis opus.

Lauiniae. Sed cum illa putaret adductam sibi pellicem, parauit. rat Anna insidias. Que quidem per quietem ab umbra soror- ris monita, diffugit, raptaq; est à Numicio amne. cum postea inquireretur, fertur eleuasse caput, dixissq; se in nympham mu- tatam, & Annam Perennam uocari. Dido miserabilis, di- gna commiseratione. Arserat ignis: hoc est, amore Aeneae, ut apud Vergilium, Vritur infælix Dido. Arserat rogis extructis, lignorum congerie composita. In sua fata, in suam mortem. arserat ergo duplici igne, & amore & igne rogali. nam extruxit pyram, qua esset adurendum cadauer. Deinde gla- dio incubuit, & in ea pyra cremata est.

pta Maurus Hiarba do- mo. Exincta Didone Afri duce Hiarba Car- thaginem occupant, Ty- riy uero omnes in fugam conuersi sunt. Numi- da. Speciem pro genere posuit: hoc est, ipsi Af- fri. Numidia uero pars Africa, inter Tingita- nam & Carthaginens- sem regionem. Inua- dunt, adoriantur, & oc- cupant. Regnum, Car- thaginens scilicet. Si- ne uindice: quasi cum nullus esset uindex qui iniuriam propulsaret, quoniam regina erat ex- tincta, & alij reges non erant qui regnum tue- rentur. Et Hiarba Maurus. nam & Nus- midarum rex erat, & Maurorum: uel, ut Eus- tathius inquit, Mazico rum. Mauri in extrema ad Oceanum Libya iuxta fretum Co- lumnarum, ut Strabo inquit. Hi, ut Crispius asserit, à Medis ori- ginem traxere. sed corrumpere uocabulum Libes, & pro Medis Mauros dixere. Potitur capta domo, Didus regia. Et me- mor, Hiarbas. Se spretum, fuisse prius, quem in coniugem Di- do noluerat. Vnde & Vergilius: Non antè Tyro despectus Hiar- bas. Inquit tamen, En ego quem illa, &c. Dido. Totiens reppulit: quia totiens spreuit, & in coniugem non admisit. Fruor, nunc. Thalamis, toro. Elisæ, Didus: que, ut Eu- stathius inquit, Elisa nominata est: & ab alijs Annam quoque uocatam dicit: sed ubi Carchedona condidit, Dido dicta est. Car- chedona uero uocauit urbem à se conditam, à Carchedone ui- ro Phœnice. Sed ab Afris Carthago dicta est, quod sonat lino- gua Punica Noua urbs. Tyrii, qui sequuti erant Elisam à Tyro urbe Phœnicia. Quod quemque agit error, quod unum- quemq; fuga duxit. Ut olim, aliquando. Vagantur, uas- gantes errant. Dubiæ amisso rege: cum regem amiserint, dubiæ tunc sunt apes, quem potissimum sequantur regem. Pli- nius inquit: Apes rempublicam & consilia priuatum, & du- ces gregatim: & quod maxime mirum est, mores habere: semperq; duce presso, totum agmen teneri: amisso, dilabi mi- grareq; ad alios: esse utique sine rege non posse. Tertia nu- datas acceperat area messes, iamq; cauos ierant tertia musta lacus. Tertio anno post mortem Elisæ, & occupatam ab Hiarba Carthaginem, pulsa est & Anna, que lacrymans in sua sorori soluit: soluto que supremo munere, fugit.

Tertis

**A** Tertia area, in qua terantur fruges. Acceperat messes nu-  
 datas, frumenta è paleis excussa: & ita nudatas, quia frumenta  
 ipsa nudata ter in area. Et tertia musta ierant in nouos ca-  
 dos: hoc inquit, præterierat, iam tertia messis, & tertia uinde-  
 mia, & ex his tertium annum indicat. Anna pellitur domo,  
 Carthagine. Et lacrymans relinquit mœnia sororia, urbem  
 à sorore conditam. Dat antè iusta, suæ germanæ: facit exes-  
 quis, sorori sic iusta soluit. Fauilla molles bibunt unguenta  
 mixta lacrymis: spargit unguento cineres, lacrymas immiscēs.  
 Ideo molles fauillas dixit, quia unguento & lacrymis miscaban-  
 tur, aut fundebantur. uel molles, quia dulces sorori. Et acci-  
 piunt, ipse fauilla. Comas libatas, excerptos crines. Ver-  
 tice, è capite Annæ. Ter dixit Vale: sicut moris est extre-  
 mo loco dicere. Ter presit cineres: ter complexus est ur-

nam, ubi erant conditi. Relatos ad ora: quia ter osculatus est.  
 Et soror, Dido. Bâ uisa subesse: quia uisa est Anna Dido sen-  
 tire pium officium, & subesse. Nacta ratem, ubi nauem reppe-  
 rit. Et comites fugæ, qui eam in fuga sequerentur. Labi-  
 tur æquo pede, non hoc referendum ad pedes eius, quia non dici-  
 tur propriè labi pedibus, sed incedere: sed referas ad nauem,  
 Annam ferentem, quæ pedibus caret, & æquè omnis moue-  
 tur, & propriè labitur. Aut æquo pede, pro æquatis omnium  
 pedibus remigum in uerrando mari: aut in trabenda podia, seu  
 erigendis malis nauium. Vnde Vergilius in quinto Aeneidos, Va-  
 nâ omnes fecere pedem. Sic labitur, Anna sua nau. Ac-  
 quo pede, æquatis omnium nautarum pedibus. Respicens mœ-  
 nia, Carthaginis scilicet. Dulce, etiam eo tempore illi. O-  
 pus sororis, quod Dido soror extruxit.

**T**O. Fertilis est Melite.

Melita insula, unde Me-  
 liteos canes dictos esse,  
 Callimachus putat, in-  
 ter Corcyram & Illyri-  
 cum est, ut Plinius scri-  
 bit. Strabo imminere in-  
 quit Pachyno Melitam,  
 unde Melitæi canes ex-  
 portantur. Sed sciendū,  
 & Samothraciam (ut  
 autor est idem geogra-  
 phus) olim Melitiam di-  
 ctam. Cæterum Melita,  
 de qua nunc agimus, in  
 Africam uersa est, quæ-  
 admodum & Cosyra, te-  
 stibus Plinio, Põponio,  
 & Diodoro. Vnde Ouis  
 dius subiungit: Quam  
 Libyci uerberat unda

Fertilis est Melite, sterili uicina Cosyra  
 Insula, quam Libyci uerberat unda freti.  
 Hanc petit hospitio regis confisa uetusto:  
 Hospes opum diues rex ibi Battus erat.  
 Qui postquam didicit casus utriusq; sororis,  
 Hæc, inquit, tellus quantulacumq; tua est.  
 Et tamen hospitij seruasset ad ultima munus,  
 Sed timuit magnas Pygmalionis opes.  
 Signa recensēbat bis sol sua, tertius ibat  
 Annus, & exilio terra paranda noua est.  
 Frater adest, belloq; petit, rex arma perosus,  
 Nos sumus imbelles, tu fuge, sospes ait.  
 Iussa fugit, uentoq; ratem committit, & undis,  
 Asperior quouis æquore frater erat.  
 Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes  
 Paruus ager: Cameren incolæ turba uocat:

gnabat in Melite Batis  
 tus, quem uolunt aliqui  
 eundem esse, qui & Cy-  
 renas in Africa condi-  
 derit, Cyni regis Ther-  
 ramis insule filium, cuius  
 meminit Trogus.

Quam, insulam. Ver-  
 berat unda freti Libyci  
 ci: cum in mari Libyci  
 sit, Libycis pulsatur flut-  
 tibus. Hanc, insulam.  
 Petit, Anna. Confisa  
 uetusto hospitio regis,  
 fiduciam habens in anti-  
 quo hospitio Batti. &  
 fuerant aliquando hospi-  
 tia inter eos mutua, &  
 alter alteri auxilio fue-  
 rat. Rex ibi hospes,  
 qui eam suscepit hospi-

Ratio. Rex ibi Battus erat. De hoc Silius: Battus Cyrenæ mol-  
 li tum fortè fouebat Imperio mitis Battus, lacrymas que dedisse  
 Casibus humanis facilis. Idem poeta uult Annam à Batto non in  
 Melita, sed in oppido Cyrenæ exceptam fuisse. Lege principium  
 octauo libri Punicorum. Iustinus Cyrenem à Batto conditâ tra-  
 ditumq; sic dictum, propter lingue obligationem. Sed timuit  
 magnas Pygmalionis opes, qui Annæ imminere exitio, ut: Fer-  
 re per æquor Exitiū miseræ iam Pygmaliona docebat. Hic An-  
 næ & Didis frater fuit. Nos sumus imbelles, qui te armis tue-  
 ri aduersus fratrem non possumus. Crathidis, Crathis fluiuis  
 est Calabria. de quo ipse alibi: Crathis, & hinc Sybaris nostris  
 conterminus oris, Blectro similes faciunt auroq; capillos. Ca-  
 meren, incolæ turba uocat: deest quem. Bâ autem Camere a-  
 gri proprium nomen ad hostia Crathidis. Quidam Cremeren  
 legunt.

tio. Erat Battus diues opum, opibus abundans. Qui rex  
 postquam didicit, audiit ab ipsa Anna. Casus utriusq; sororis,  
 & Elise miserabilem exitum, & Annæ calamitatem. In-  
 quit, hæc tellus, & c. Melitæa. Quantulacumq; tua est: licet  
 tenue sit regnum, potes tuo arbitrio uti. Sed tamen seruasset  
 ad ultima, usq; ad finem. Munus hospitij, quod illi obtulerat.  
 Sed timuit magnas opes Pygmalionis: timuit ingentes Pygma-  
 lionis uires, qui iam sororem Annam insequēbatur. Signa re-  
 censēbat. Iam fluxerant duo anni, ex quo è Carthagine fugit,  
 ueneratq; tertius, cum insequēte Pygmalione magna classe, rex  
 illam à se dimisit, rursumq; illa miserrima se fugæ credidit. Sol  
 recensēbat, renumerabat. Bis sua signa: duodecim illa quæ sunt  
 in zodiaco, per que it & redit annum conficiens: consecerat  
 iam bis illud spacium. Tertius annus ibat, & noua terra est  
 paranda exilio, & c. cogitur illa, noua loca querere ad exulan-  
 dum. Adest frater, Pygmalion, qui eam insequēbatur. De  
 Pygmalione latinus in primo Aeneidos referetur. non insistimus  
 in eo. Et petit, Annam. Bello, illaturus bellum apud  
 quemcumque fuisset. Rex, Battus. Perosus bella, odio ha-  
 bens bella. Ait, nos sumus imbelles, & c. non apti ad bel-  
 lum. Tu fuge sospes: fuge nunc incolumis, antequam maio-  
 rem facias iacturam. Iussa, Anna. Fugit, & committit ra-  
 tem uento & undis: hoc est, mari uentis agitato. Frater, Py-  
 gmalion. Erat illi asperior quouis æquore, aspera & turbu-  
 da erant illa maria, sed omni asperior ac truculentior mari erat  
 frater. Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes Paruus  
 ager: Cameren incolæ turba uocat. Vertit Anna fugiens pro-  
 ram in Calabriam, cum essent prope Crathim fluiuis depositis

**V**L. Fertilis est Melite. Fugiens Anna Melitæ uenit, susceptaq; ho-  
 spitio à Batto rege. Qui audita & morte Elise, & ipsius Annæ  
 calamitate commiseratus, omnia ei obtulit: sed seruare non po-  
 uuit, Pygmalione sororem insequente. Melite est insula ferti-  
 lis: hæc insula est in Libyci mari, inter Siciliam & Africam,  
 distans à Pachyno Sicilia sexaginta milia passuum, quo spacio  
 nos ipsi in eam insulam traieicimus. nec eo anno qui fuit 1468.  
 à natali Dominico erat fertilis, propter siccitatē. quadiennio  
 enim integro aquis pluuijs caruerat. fertile iamen solum habet,

**D** cum aquatur. ex ea portabantur catelli, quos Melitæos uoca-  
 bant. Cuius rei meminit Strabo libro sexto. Vicina Cosyra  
 sterili: cum fertilis sit Melite, Cosyra sterili est. Insula qui-  
 dem est in eodem mari, quæ & olim, & nūc, Gozus dicitur. Res-

A uelis, nauae remis insurrexere: ut portui subirent, à tempestate reiecti sunt. Est paruus ager prope amnes Crathidis, prope Crathim fluuium. Lapidosi: quia ex Apenninis labens per saxa fluuij. Crathis, fluuius est Achiuorum, Herodoto teste. A quo, ut idem ait, qui in Italia fluuius, sic cognominatus est, nomē accepit. Estq; fluuius Calabriae in ora Reginorum. De quo in Met. Crathis, et hinc Sybaris nostris ceterminus oris, Elecro

similes faciunt, auroq; capillos. Et Plinius in eodem quoq; loco ponit Crathim. Accola turba, quae incolit ripas Crathidis. Vocat ipsum agrum. Camerē. nam prope Crathim paruum erat ager, Camere appellatus, quo proram Anna uerterat. Nec accipias pro Camarina Sicula: nam longè distat. Est enim Camarina inter Pachynum et Lilybaeum in Sicilia.

ANTO.

Torto lino, funibus

quibus uela deducuntur, his laxatis, his adductis, ut hodie uidere licet.

Uisa refugit humus: dum nauis à uento repellentur, in mare terra refugere uisa est. Habebat enim, per metaphoram siue translationem temonem accipimus. Phœnissa, Anna, à Phœnicia, quae regio à Phœnice nomen accepit.

B

Tunc primum Dido foelix est dicta soror. Sic Aeneas apud Vergiliū: O' terq; quaterq; beati Quis anie ora patrum Troiae sub mœnibus altis Contigit oppetere. Expositis omnibus hausta perit: perijt quidem nauis, sed Anna, et ceteri qui in ea fuerūt, incolumes terra redditi sunt. Populos miscueratq; duos. Scribit Strabo, Aeneam unā cū Anchise patre et Ascanio filio, qui et Iulius et Euryleon, dictus est teste Dionysio, Laurentum applicuisse, ac non longè ab Ostia oppidulum edificasse. Deinde uerò aduentantem Latinum regem Aboriginem, qui tunc loca, ubi nūc Roma est, incolbat, cum Aenea societatem inisse aduersus finitimos Rutulos, ac Latinum in pugna cecidisse, et uictorem Aeneam adeptum imperiū, suos etiam Latinos appellasse. Licet enim uicti uictorū nomina accipiant, Aeneas tamen ut fauorem Latij sibi conciliaret, Latinum nomen non solum uictis non sustulit, sed etiam Romanis imposuit. Dotali: quia à Latino rege regnum acceperat Aeneas dotem Lauinia.

PAVL.

Illuc erat cursus, ibi cursum direxerant nauae. Nec longius absuit, Anna non magis distabat. Inde, ab eo agro. Quam quantum potest mittere funda nouies, posset quis saxum eiaculari funda. Vela cadunt: ut mos est nauatarum, cum prope portum sunt. Vela deponunt, et remis incumbunt. Dixit nauita: unus è nauis, aut ipse nauis rector. Findite aquas remigio, iam remis fluctus uertite, et in portum tendite. Dumq; parant: inuituri portum, à uento repelluntur, notus enim eos magno impetu adorsus, per mediū fretum angustū in patentius aequor impulit, cum nimium inualeceret tempestas. mare ipsum à profunditate uersum in miseram cymbam seuebat. Dum nauitae parāt subducere, remouere ex antennis. Carbasa, uela. Torto lino, aut pro torti lini: nam linea uela, aut torto uoluto. Nam inuoluntur uela, cum reponuntur. Aut torto lino, rotatis seu obuersis antennis: ubi linea uela erant, quo facilius deponerēt.

Illuc cursus erat. nec longius affuit inde, Quam quantum nouies mittere funda potest. Vela cadunt primò, & dubia librantur ab aura. Fundite remigio, nauita dixit, aquas. Dumq; parant torto subducere carbasa lino, Percutitur rapido puppis adunca noto. Inq; patens aequor, frustra pugnante magistro, Fertur, & ex oculis uisa refugit humus. Assiliunt fluctus imoq; à gurgite pontus Vertitur, & canas alueus haurit aquas. Vincitur ars uento. nec iam moderator habentis Vtitur, ac uotis his quoq; poscit opem. Iactatur tumidas exul Phœnissa per undas, Humidaq; apposita lumina ueste tegit. Tunc primum Dido foelix est dicta sorori, Et quaecunq; aliquam corpore pressit humum. Ducitur ad Laurens ingenti flamine littus Puppis, & expositis omnibus hausta perit. Iam pius Aeneas regno, nataq; Latini, Auctus erat, populos miscueratq; duos. Littore dotali, solo comitatus Achate, Secretum nudo dum pede carpit iter: Aspicit errantem, nec credere sustinet, Annam Esse, quid in Latios illa ueniret agros.

fundo. Et alueus, curua nauis: ad aluei similitudinem. Haurit canas aquas, haurit undas quae tum maximè canescunt, cum uentis aguntur. Vincitur ars. Iam nihil poterat rebus consulere rector nauis sua arte. uertit se in tanto periculo ad uota. Agitur per tumidos fluctus infelix Anna, tegebatq; oculos, ne irruentes undas inspiceret. Ars, nautica. Vincitur uento, uentorum impetu. Nec iam moderator, rector nauis. Vtitur habentis, per translationem, ab equis qui habentis reguntur. ille iam temone non regit ratem. At uotis, utebatur scilicet. His quoque, uotis. Poscit opem, à dijs ipsis. Phœnissa exul, Anna à Phœnicia. Sic et Vergilius, Hunc Phœnissa tenet Dido: sicut dicimus Cressam, Threisam, uel Threissam, Cilissam: sic et Phœnissam. Iactatur, ut illud, Terris iactatus et alio. Per undas tumidas, per mare et tumidum, et turbulentum. Tegit lumina, oculos. ueste humida, aquis respersa. Opposita, ipsis oculis ne uideret periculum. Tum primum foelicem sororem extindam, et quaecunq; è uita migrasset, appellabat, praesertim quibus in tellure solida mori contigisset, quoniam fluctibus non iactarentur. Demum appulere Laurenti littori, ubi perijt nauis: expositis tamen his qui in ea erant sospitibus in terram. Tum primum Dido est dicta foelix sorori. Appellauerat prius infelicem, quod sibi mortem conscierat: sed tum primum foelicem dixit, quoniam è uita migrauerat. Iam pius Aeneas. Eo tempore quo Anna illuc appellabat, Aeneas in Latio regnabat. Venerat enim ad se des fatales, ubi urbem condidit.

Puppis adunca, curua. Percutitur rapido noto, celeri, et furioso: meridionales uenti turbine. Verum si nunc notum acciperemus eū qui stat è medio spacio inter austrum et curū, quem nauitae Syrochon uocant, re ad dictum esset, nam plurimum inflat in illius freti fauces, ergo ratem ipsam per medium fretum in patentiores aquarum campos ille turbo transiit. Fertur, ratis. In aequor patēs, in apertum et spaciosum mare. Frustra pugnante, incassum reluctante et retinente. Magistro, gubernatore nauis. Et humus uisa, quam prius uiderant. Refugit ex oculis, quia iam longius eos impulerat uentus. Fluctus assiliunt, undae attolluntur magno turbine. Pontus uertitur, eruitur. Imo gurgite, quasi ab imo

**A** didit, quam à Latini regis filia Lauinia, quam inito cum rege fœdere in uxore accepit, Lauiniam appellauit, populunq; suum Latinum appellari uoluit. Primo tamen anno solis Troianis imperauit; deinde extincto Latino, simul & hoste Turno in eadem pugna, accepit regnū soceri, immiscuitq; simul Troianos & Latinos, & utriq; imperauit. Bo igitur tempore, cum per litus ambularet, Annā aspexit. Iam pius Aeneas erat auctus regno, auxerat imperium suum. nam præter illud quod ipse constituit, soceri regnum erat assecutus. Et nata Latini, Lauinia, quam in coniugē acceperat. Et misceuerat simul iunxerat. Duos populos, Latinū & Troianū. Dum ipse comitatus solo Achate, ut Virgiliū imitetur, Vno comitatus Achate, qui perpetuus comes illi datur. Verū Achate Homerus meminit. Sed ab aliquibus ab ætate, quod est cura & molestia, deducū nomen putatur.

Tamen Aeneas perpetuū adiungitur, ac si curam regiam signifi- caret, quod cura regū semper sit communis. Achates etiam preciosi lapidis nomen est, Solino & Plinio testibus: quem lapidem Sicilia in ripis Achatis fluminis primū dedit, sed postea alibi quoq; compertus. Nam & Pyrrhum regem hunc in annulo habuisse dicunt, detinentē nouem Musarū effigies non artificiosas, sed naturales, & Apollinē ipsum cū lyra: ita discurrentib. maculis, autore Plin. ut Musis quoq; singulis sua redderent insignia. Dum igitur Aeneas comitatus solo Achate, carpit iter secretū quasi dū mœdit remotis alijs omnibus. Nudo pede: & quod pedes, et quod nudis pedib. incedebat. Littore dotali, quod illi pro dote Lauinia cōtigerat. Aspexit Annā errantē, quæ per litus errabat. Nec cr. sust. nō poterat credere eā esse. Quid il. uen. in Lat. ag. dicebat hæc secū, ad quid illa nunc in Latium ueniret.

**T O .** Dum secum Aeneas.

Deest, dicit, uel cogitat, quid illa ueniret in Latium. Quos terræ quærat hiatus: ne uideat Aeneam, cuius causa perierat soror. Anna per, & c. Aeneas sui discessus causam in deos reicit, ut excuset se apud Annā.

Perq; deos comites: per deos penates, quos Aeneas Lauiniæ collocauit. Credibili fortior illa fuit: fortior quàm credi potuit, quæ seipsam interfecit. Vnde Dido uocata est, quod nomen Phœnicum lingua uiraginem significat.

Ne refer: quoniam Anna uidebatur Aeneas re- latura Didis sororis interitum. Seu ratio te nostris appulit oris,

**C** Siue deus: siue consultū huc ueneris, siue te aliquod numē impulerit.

Credidit: uel se cōmisit, si accusatiū subaudias: uel fidē adhibuit.

**V L .** Dum secum Aeneas, ea uerba diceret. Achates exclamat, Anna est: agnouit, & eam esse clamauit. Illa, Anna. Sustulit suos uultus ad nomē: cum audisset nomen suum ab alijs proferri, eleuauit uultum & oculos, ut intueretur. Heu fugiat. Cum Aeneas agnouisset, quid facere debuisset, fugere, & quod. Quid agat, quos hiatus terræ quærat: quam uoraginē, quam debiscen- tem tellurē requirat, quod se deiciat. Fata sororis, mors Elisæ miseræ. Erant ante oculos: cum primū uidit Aeneas, uenit in mentē lacrymabile sororis fatū, quæ Aeneas causa sibi mortem consciuerat. Sensit: Aeneas cognouit & pudorē, & dolorē, ac metum illius. Et heros Cybereus, Aeneas uir excellēs, Cythereæ Veneris filius. Nam Cytherea dicta est Venus, à Cythera urbe, in quā concha delata est, ut Festus inquit. Et alloquitur trepidam, timentē Annam. Flet tamen, Aeneas. O Elisa, Dido.

Admonitu, recordatione. Mortis tuæ: non potuit cōtinere lacrymas, cum primū recordatus est acerbißimi casus illius.

**D** Anna per, & c. Aeneas uult deprecari culpā sui abscissus, quo il- lam ad necem impulit. Iurat se fuisse à dijs coactū, qui moras in Carthagine increpabant: nec potuisse sibi persuadere, futurū ut illa se extingueret. Referrī uulnera non cupit, quoniam apud inse-

Dum secum Aeneas, Anna est, exclamat Achates:

Ad nomen uultus sustulit illa suos.

Heu fugiat, quid agat, quos terræ quærat hiatus,

Ante oculos miseræ fata sororis erant.

Sensit, & alloquitur trepidam Cythereus heros:

Flet tamen admonitu mortis Elisæ tuæ.

Anna per hanc iuro, quam quondā audire solebas,

Tellurem fato prosperiore dari.

Perq; deos comites, hac nuper sede locatos,

Sæpe meas illos increpuisse moras.

Nec timui de morte tamen, metus abfuit iste.

Heu mihi, credibili fortior illa fuit.

Ne refer, aspexi non illo corpore digna

Vulnera, tartareas ausus adire domos.

At tu, seu ratio te nostris appulit oris,

Siue deus, regni commoda carpe mei.

Multa tibi memores, nil non debemus Elisæ:

Nomine grata tuo, grata sororis eris.

Talia dicenti (neq; enim spes altera restat)

Credidit, errores exposuitq; suos.

Vtq; domum intrauit Tyrios induta paratus,

Incipit Aeneas, cætera turba silet.

ros uidit. Offert deinde ipsi Anna emerita omnia quæ in regno Latiano sunt. Anna iuro per hanc tellurē, per terrā Italicā. Quā tu quondam, cum Carthagine essem. Solebas audire, à nobis scilicet. Dari mihi fato prosp. felicio re. Iuro per deos comites: per Vestā, & deos penates, quos mecum à Troia tuli. Locatos nuper, paulo antè collo- catos. Hac sede, Lauiniæ. Et rectè locatos dixit, quia per longā tēpo- ra aliud transferri aut lo- cari nō sunt passi. Nam cum Aescanius Albā con- didisset, transtulissetq; illuc deos, noctū redire Lauiniū. Iuro igitur per deos, illos deos sæpe increp. mor. obiurgasse & accusasse nimie tar- ditatis. Sic excusans se

de fuga, culpā in deos refert. Nec ti. de mor. non timui tantum illi mali, quod seipsam trucidaret. Iste metus, mortis scilicet.

Abfuit, à me: quia id de illa non metuebat. Hei mihi. Cum mise ratione dictū. Illa fuit for. cre. hoc est, maioris animi quàm cre- di potuisset, cum mortē sibi consciuerit. Ne refer: non referas aliquid de eius morte, quoniam mihi omnia nota. Nam si illa refer- ret, dolorē & lacrymas refricaret. Aspexi uul. nō dig. il. cor. quæ corpus illud pulcherrimū non merebatur. Ausus adire do- mos tar. aspexi, inquā, ego, qui ausus sum ad inferos descendere. de quo in 6. Aen. in eo loco: Quis inter Phœnissa recens à uulne- re Dido Errabat sylua in magna, quā Troius heros Vt primū iuxta stetit, agnouitq; per umbram Obscuram. & reliqua.

At tu, Anna. Seu ratio appulerit te nostris oris: siue aliqua ratione factū, quod consultū & industria ad nos ueneris. Siue deus: siue aliquod numen, aut casus te huc egerit. Carpe com. reg. mei: quasi fructu cōmodis omnib. mei regni, & omnia carpe quæ ad commodū & usum tuū sunt. Nos memores. Ostendit gratitudinem animi. nam memor est accepti beneficij. Debe- mus multa tibi, cum fueris de nobis bene merita. Nil non debe- mus Elisæ: tibi multa, sed Elisæ debemus omnia. Etenim cum ita loquimur, non nihil, aliquid significat. Cum uerò postponimus

**A** non significat omne: magis enim postpositum non significare facit quam antepositum. Ideo hic Nil non debemus, id est, omnia debemus. Eris grata nomine tuo, quia tibi multum debeo. Eris grata nomine sororis, hoc est, Elise, cui omnia debeo. Talia dicenti credidit: Anna commisit se Aeneae, qui ita omnia offerebat. Et exposuit suos errores: quemadmodum e Carthagine pulsa, mari iactata, tandem illuc appulerit. Neque enim restat altera spes: nihil aliud usquã erat, unde opem sperare posset: neque alterum erat consilium, nisi ut Aeneae se crederet, si-

**ANTO.**

Pia causa: ne Lauinia adductam pellicem suspicetur. Non habet exactum quid agat: nondum exquisitum habet, quia poena Annam afficiat: sed tanto eam odio prosequitur, ut mori cupiat, dum perdat quam pellicem putat. **Tunica uelata recincta:** quoddam angustia temporis non uidebatur pati, ut tunica cingeret. **Corniger hinc tumidis rapuisse Numicius undis** Creditur, fluuius celebris morte Aeneae. ut, Littus adit, Laurens ubi tedius arundine scripsit, in freta fluminis uicina Numicius undis. Hinc iubet Aeneae quaeuonq; obnoxia morti Abluere.

**PAVL.**

O Lauinia coniunx, causa pia: honesta, et officiosa. **Et mihi, cur tradidisti hanc, cur Annam tibi et tuae fidei commendem.** Vtitur artificio commendationis. nam arguit ab aequitate rei, et exponit meritum et dignitatem. nam possedisse regnum dicit: ut plura sint, quibus uideatur id iure facere. Ego naufragus, cum naufragum fecissem in mari Libyco. Consumpsi opes huius: quia diu fuerat Carthagine cum omni classe, et illam ibi refecerat opibus ipsius et sororis. Et Dido apud Virgilium: Eiectum littore egentem Excepi, et regni demens in parte locaui. Orta, nata Tyro est. Possedit regnum in ora Libyca: Tyria est genere, sed regnum habuit in Aprica ora. Quam ames precor more charae sororis: prosequaris eam amore et beneuolentia, ac si esset foror. Omnia promittit, et c. Annuit illa se omnia facturã, comprimit tamen dolorem: timebat enim, ne esset ea pro pellice adducta. Lauinia promittit omnia, quae scilicet Aeneas iusserat. Premit, comprimit. **Mente tacita, secreta.** Vultus falsum: dolorem intimum, iniustum, non enim iustum dolebat. Sic falsum uulnus, quia non uera, sed falsa causa. Et dissimulat metus: occultat, et non palam ostendit. ut est illud: Spem uultu simulat, premit alium corde dolorem. **Donaque cum uideat, et c.** Lauinia cum uideret apertè ab Aeneae ad Annam mitti munera, existimabat longè plura mitti occultè. Concepit igitur in illam maximum odium, et insidias quoque parauit. **Cum uideat palam, apertè.** Ferri, ad Annam. Multa dona, ab Aeneae missa. Praeter sua lumina, iuxta suos oculos. ut apud Virgil. Praeter uada seruida uexit. Putat, existimat. **Clam quoque, etiam occultè.** Mitti multa, dona scilicet. Non habet, Lau-

† mœstus su-  
ge, dicere,  
\* humili

Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lauinia coniunx,  
Est mihi, consumpsi naufragus huius opes.  
Orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:  
Quam precor, ut charae more sororis ames.  
Omnia promittit, falsumque Lauinia uulnus  
Mente premit tacita, dissimulatque metus.  
Donaque cum uideat praeter sua lumina ferri  
Multa, tamen mitti clam quoque multa putat.  
Non habet exactum quid agat, furialiter odit,  
Et parat insidias, et cupit ulta mori.  
Nox erat, ante torum uisa est astare sororis  
Squallenti Dido sanguinolenta coma.  
Effuge, ne dubita, † mœstum soror effuge tectum.  
Sub uerbum querulas impulit aura fores.  
Exilit, et uelox \* illinc super ausa fenestra  
Se iacit, audacem fecerat † ille timor.  
Cumque metu rapitur: tunica uelata recincta  
Currit, ut auditis territa dama lupis.  
Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis  
Creditur, et stagnis occuluisse suis.  
Sidonis interea magno clamore per agros  
Quæritur, apparent signa notaque pedum.

bi munificè regnum offerenti. Vtque domum intrauit, etc. Vbi Aeneae domum ingressa est, eam ille coniugi commendauit, dicebatque se ex officio facere. nam bona illius absumperat: et quum est, ut aliquam uicem referat. Vt, postquam. Anna induta Tyrios paratus, uestes et ornatus Phœnissos. Nam Tyros in Phœnicia est, ut aliàs diximus. Intrauit domum, regiam Aeneae. Incipit Aeneas, cepit loqui. Cætera turba silet. et rectè: loquente enim rege, tacent alij.

uinia scilicet adhuc. Exactum, diligenter exactum. \* Non habet exactum: id est, constitutum, non desinit eam prosequi. \* Quid agat, in hospitã. Odit furialiter: non habet nunc quid aliud agat, insidatur multo odio. Furialiter uerò inquit, quia non iusto, sed à furis iniectio. Et parat insidias, quibus hospitam perdat. Et cupit mori ulta: cum pellicem illam existimaret, ulcisci uolebat iniuriam, et ulta mortem non curat, dum prius illam interimat. Nox erat, etc. Noctem per quietem uisa est admoneri à sorore, ut fugeret: et cum fores uento crepuissent, putauit illa hostes adesse. Exilit, et fugae sese commisit. Erat nox. Visa est Dido sanguinolenta,

lenta, plena sanguine. Nam in entus nomina significant plenitudinem: ut opulentus, plenus opibus: sic somnolentus, plenus somno. Coma squallenti, fœdatis crinibus. Astare ante torum sororis, ante cubiculum ipsius Annae. Dicere, est etiam sic uisa dicere. Effuge: à soror, accelera hinc fugam. Ne dubita, quasi nihil uerearis. Fuge tectum mœstum, mœstitium alaturum. Sub uerbum, quasi in fine uerborum illius. Aura: uentus, Iupiter commouit. Fores querulas, stridulas, nam fores cubiculi crepuere, unde putauit hostes adesse. Exilit, è strato scilicet. Et uelox ausa, quae pauore non retardaretur. Illinc, de ipso cubiculo. Iacit, decyit se. Super fenestra, hoc est, de fenestra. Vt est illud Virgilij: Multa super Priamo rogans, super Heclore multa: hoc est, de Priamo, et de Heclore. Ille timor, quem conceperat ex crepitu ianuarum. Fecerat audacem, ad fugam scilicet. Et rapitur cum metu: timebat quidem illa, et cum eo timore rapitur, quasi raptim fuga praecipitatur. Velata, cooperta. Tunica recincta, incincta. Tunica, uestis longa sine manicis. Currit, fugiens è Lauinio. Vt dama territa, quae territa est. Auditis lupis, cum audierit luporum ululatus, aut strepitum insequentium. Dama ex gemitibus caprarum sunt, sed syluestres, ut Plinius inquit. Subdit: Dama mansuescunt rard, cum fera dici non iure possunt. Complura namque sunt nec placita, nec fera, sed media inter utrumque, ut in uolucibus hirundines, et reliqua. Corniger hanc, et c. Fugientem Annam Numicius annis rapuit, factaque est nympha. Numicius fluuius, qui labitur ex Aricina sylua per Laurentem

**A** agrum, ubi submersum Aeneam dicunt. Corniger. Omnes enim annes cornua habere dicuntur. Et Virgilius cornigerum Tybrim uocat, Hesperidum aquarum regnatorem. Creditur rapuisse, hanc Annam. Aquis tumidis: nam tunc erat auctus imbris, ideo tumidis, cum paruis sit fluiuis. Et occulisse, occultasse. Stagnis suis, aquis tunc stagnantibus. Sidonis

interea, &c. Cum fugisse Annam constaret, missi sunt qui eam inquirerent. Inuenere uestigia, non tamen illam. Sidonis, Anna. à Sidone urbe Phœnicia. Queritur intrea, dū illa esset in anne. Per agros, Latinos. Magno clamore: clamabant Annam, ut illa audiret. Apparent signa & nota pedum, hoc est, ipsa uestigia.

**IT O.** Sustinuit aquas: ut

Anna uerba exaudiri possent, sustinuit aquas, & tacita reddidit.

Amne perenne latens. Anna, ut diximus, à perpetuitate Perenna dicta existimatur: non quod perennè, id est, perpetuò in Numicio lateat.

Lati uescuntur in agris. Lati quod adepti essent quasi peculiarem deam,

**B** cœperunt uesci epulis, et genio indulgere, quod Romani postea imitati sunt. Quia mensibus impleat annū. Sunt qui Annam, cui in annū esse uidetur, Lunam existimant, è cuius cursu mē-

ses colliguntur, quibus annus impletur. Pars Themis. Themis deam putabāt, autore Festo, quæ præciperet hominib. id petere, quod fas esset: eamq; id esse existimabāt, quod fas est. Eam Cæli & Terræ filia dicunt, teste Diodoro: quam uolunt non solum diuinandi artem inuenisse, sed sacra & deorū cultus, quos uidemus per annum fuisse digestos. Inachiam pars putat esse bouem: Hæc, quæ Io fuit Inachi filia, & Romæ culta est. ut, Nos Romana tuam in tēpla accepimus Isim. Nymphen Atlantida: unam è filiabus Atlantis, quam uolunt Iouis fuisse nutricem. In sacri uertice montis erat. Sacer mons (autore Festo) trans Anienem fluuium, ultra tertium miliarium appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. In eum secessisse plebem Liuius scribit libro secundo primæ Decadis, Sicinio quodam autore, cum à patribus disideret: cuius animis delinitis oratione Menenij Agrippæ, regressis in urbem omnibus, tribuni plebis creati sunt. Nota est historia. Defecerat illis uictus. Victus nomen aliud quoq; significat, quàm quæ nobis esui sunt. Hic per uictum, panem accipimus. Vnde autor subiungit, Et humanis usibus apta Ceres. Bis enim idem dicit, more poetarum.

nandi artem, & sacra cultusq; deorum introduxisse dicitur. Et Apollo quidem traditur, cum esset respōsa daturus, Themis consulere solitum, tanquam diuinandi artis inuentricem. Hæc ille. Cumq; illa sacra & cultus deorum introduxisset, assignatur illi amorum ratio, quod ea ad anni rationem digessisset. Sic & Anna Perenna uocatur. Multi Isim uetustissimam Aegyptiorum deam putauerunt: quod ea quæ leges Aegyptijs dederat, annuum quoq; ciuilem illis constituit. Sic & Anna dicta. Sunt igitur alii qui, Quibus hæc, Anna Perenna. Bæ Luna, aliqui qui Lunam esse putant. Quia impleat, perficiat annum mensibus.

Pars putat Themis, quæ in Parnaso oracula reddebat. De quo Lucanus: Cum regna Themis, tripodasq; teneret. Pars putat esse bouem Inachiam, hoc est, Isidem, quæ prius Io dicebatur, Inachi regis Argiuorum filiam, à quo & Inachus fluuius. Quæ uiolata ab Ioue, mutata deinde in uaccā, cum diu errasset, in Aegyptum tandem uenit: ubi restituta illi priore forma, Isis appellata est, & Osyridi Iouis filio nupsit. Sed de Iside & Osyride aliter à Diod. & Plut. referuntur. Inuenies & alios, qui dicant te nymphen Atlantida, te Pleionē Atlantis coniugē, nam cum ῥύμῃ apud Græcos sponsa sit, sponsam Atlātis intelligunt, formato patronymico ab ipso uiro. Aliqui intelligunt nympham Atlantis filiam Maiam: quod id à Mercurio filio affecuta sit, ut pro dea amorū coleretur. Et te Anna dedisse Ioui primos cibos: & inuenies, d. Anna, qui te nutricem Iouis esse dicant. Nam cum primis annis Iouem paueris, te Annam Perennā uocaueris. De nutricibus Iouis dictū est superius. Hæc quoq; &c. Refert & aliam opinionē, quam ueriorē esse asserit. Hæc etiā fama, ipsius rei. Quam referā, mox exponā. Peruenit ad nostras aures, Nec disidet, illa. A fide ueri, nō discrepat à fide: nam aliquid ueritatis habet. Plebs uetus. Plebs cum propter nexos ob as alienū à patrib. secessisset, autore Sicinio, in montē sacrū, qui (ut Liu. & Dionys. referūt) nō lōgē ab urbe est, iuxta Anienē fl. deficiente plebi uictu, in eo mōte quædā Anna è Bouillis liba illi subministrabat. Reconciliata postea senatui plebe, oratione Menenij Agrippæ, statuam Anna crexere, & ex eo pro dea coli cœpta est. Vetus plebs, antiquus pop. Rom. Būā tum tuta nullis

rauerant eam querentes. Et celebrant se & diem largo mero, red dunt se celebres ebrietas te. Celebrem diem, quia letum, & pompa frequentem. Sunt qui bus hæc, &c. Hæcenus de Anna Sidonia, nunc alias opiniones refert, alios scilicet putasse Annam Perennam esse Lunam, ea ratione, cum ipsa menses efficiat, & ex mensibus annus constet, uidetur et ipsa anno quo que dominari, & sic Annam Perennam uocari. Alij dixere Themis, quæ (Diodoro teste) Cæli & Terræ filia, diu-

Ventum erat ad ripas, inerant uestigia ripis,  
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.  
Ipsa loqui uisa est: Placidi sum nympha Numici,  
Amne perenne latens, Anna Perenna uocor.  
Protinus erratis læti uescuntur in agris,  
Et celebrant largo seq; diemq; mero. (num:  
Sunt quibus hæc Luna est, quia mēlibus impleat an  
Pars Themis, Inachiam pars putat esse bouem.  
Inuenies qui te nymphen Atlantida dicant,  
Teq; Ioui primos Anna dedisse cibos.  
Hæc quoq; quam referā, nostras peruenit ad aures  
Fama, nec à ueri disidet illa fide.  
Plebs uetus, & nullis etiam tunc tuta tribunis,  
Fugit, & in sacri uertice montis erat.  
Iam quoq; quem secum tulerant, defecerat illis  
Victus, & humanis usibus apta Ceres.

**VL.** Ventum erat ad ripas, &c. Qui inquirebant, uenere ad ripas amnis. Numicius uindarum fluentium sonitus compercutit, Annamq; loqui cœpit, dicens se in nympham esse demutatam, uocariq; Annam Perennam. Illi qui uocem exaudiuere, celebrare diem mero. Inde mos originem cepit. Erat uentum, iam uenerant qui querebant. Ad ripas, Numicij. Inerant uestigia ripis, erant nota pedum in ripa fluminea. Amnis conscius, Numicius, qui eam rapuerat. Sustinuit aquas tacitas, ne fluentes immurmurarent, quo uox Anna loquatur & audiri posset, undis tacentibus. Ipsa loqui uisa est: Anna iam nympha uisa est loqui, & ita dicere. Sum, ego. Nympha, dea.

**D** Placidi Numici, quasi nolite me ulterius querere: nā in nympham huius amnis conuersa sum. Latens, ego. Amne perenne, perpetuò delitens in hoc fluuio. Vocor Anna Perenna, à perenni aquarum lapsu. Sic annorum dea, à perenni temporum fluxu. Protinus erratis, &c. Uescuntur qui eam quæsierant, audita uoce lati. Uescuntur in agris erratis, per quos er

Vertical text in the left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.

**A** nullis tribunis: ad ea usque tempora nondum creatis ex plebe tribunis, ad eius defensionem: nam tum primum creati sunt. Fugit, et erat in vertice montis sacri, quod secesserat. Sacer mons (ut Pomp. inquit) trans Anienem fluvium ultra tertium miliarium appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. Et tria millia passuum etiam Liuius distare ostendit. Iam quoque uictus, res ad uictum facientes. Verum ut Vlpianus de Verborum significationibus ait, uictus uerbo continentur, quae esui, potui, cultuique corporis, quaeque ad uiuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque uictus

**ANTO.** Orta suburbanis quaedam fuit Anna Bouillis. Bouilla sunt non longe ab urbe ac Lauinio, in agro Labicano, inter Aricia uidelicet et Romam. Aconius: Postera die occurrit ei circa horam nonam Clodius, paulo ultra Bouillas, rediens

**B** ab Aricia. Persius: Accedo Bouillas, cliuamque ad Virbi. Hunc locum suburbanum esse, ex Suetonio quoque colligimus, qui ait decuriones municipiorum et coloniarum Augusti corpus a Nola Bouillas usque deportasse, a Bouillis uero equestrem ordinem suscepisse, ubique intulisse, quamuis hic nonnulli Campaniae Bouillas accipiunt, quod nobis non placet. Leui mitra canos incincta capillos. Hoc gestamen Lydorum fuit, et Phrygum, quo et meretrices utebantur. ut, Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra. Et uiri molles. ut, Maonia mentium mitra crinemque madentem Subnixus. Proprie autem (ut inquit Seruius) est pileus incuruus, de quo pendebat buccarum tegmen. De quo Herodotus: Assyrii capita crinita habentes, mitris redimiunt. Fingebat, formabat, ut figuli de luto diuersa fingentes. Significat et alia uerbum fingo. Sed effingere, est ad alterius formam aliquid fingere, unde effigies dicitur. Pace domi facta, oratione Menenii Agrippae. Lege Liuium. Nunc mihi cur cantent, superest, obscena puella. Dicere. Canebantur a puellis iocosa quaedam, et obscena in festo Annae, quod haec dea Martem intentum rebus Venens elusisset. Pendet ab officio spes mihi magna tuo. Artificiosum exordium. Ostendit enim supra, qualis in Annam fuerit, ut beneuolam redderet. Nunc cum suam spem ab ea pendere subiungit, orare uidetur, ut sibi auxilio sit, et auget beneuolentiam.

**PAVL.** Fuit quaedam Anna orta, nata. Bouillis suburbanis, quae erant in suburbano. Nam duae fuerunt Bouillae: alterum in Latium, oppidum prope Lauinium, de quo hic agitur. alterum in Campania, prope Sinuessam. Pauper, illa Anna. Sed anus multa sedulitate, diligentia et industria. Illa, Anna Bouilla. Incincta capillos canos, seniles Mitra leui: inmixos habebat illa crines mitra, Lydorum mulierum more. Fingebat, componebat. Manu tremula, senili et trementi. Liba rustica, qualia ruri sunt. De libo, primo libro diximus. Atque ita solebat diuidere, ea liba. Per populum, per plebem ipsam. **D** mantia mane, calida: et ob id fumantia, cum de ferno eximeret. Haec copia, abundantia laborum, licet exigua esset. Fuit grata populo, plebi, cui libis uictum suggererat. Pace domi facta, ubi reconciliata est plebs patribus per Menenium Agrippam.

habere uicem Labeo ait, caeteraque, quibus uiuandi curandi que corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur. Infra tum omne uestimentum continetur, quod incipitur, Labeo ait. Neque enim dubium est, quin stragula uestis sit omne pallium, peristroma. In uictum ergo uestem accipimus. Sed Poeta uictum posuit pro rebus ad esum pertinentibus. Defecerat illis, plebeis. Quem secum tulerant, cum ex urbe secesserat. Et defecerat Ceres, panis, cuius usum Ceres tradidit. Apta usibus humanis, quae conuenit usui humanae uitae.

Orta suburbanis quaedam fuit Anna Bouillis,  
Pauper, sed multae sedulitatis anus.  
Illa leui mitra canos incincta capillos  
Fingebat tremula rustica liba manu.  
Atque ita per populum fumantia mane solebat  
Diuidere: haec populo copia grata fuit.  
Pace domi facta, signum posuere et perenne,  
Quod sibi defectis illa ferebat opem.  
Nunc mihi cur cantent, superest, obscena puellae,  
Dicere, nam coeunt, certa quoque probra canunt.  
Nuper erat dea facta, uenit Graduius ad Annam,  
Et cum seducta talia uerba facit:  
Mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum:  
Pendet ab officio spes mihi magna tuo.  
Armifer armiferae correptus amore Mineruae  
Vror, et in longo tempore uulnus alo.

pam. de quo Liuius ita inquit: Placuit igitur oratorem ad plebem mitti, Menenium Agrippam facundum uirum, et quod inde oriundus erat, plebi charum. Intromissus in castra, prisco illo dicendi, et horrido modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur: Tempore quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio uentri omnia quaeri, uentrem in medio quietum nihil aliud

quam datis uoluptatibus frui: conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec opus acciperet datum, nec dentes coficerent. Hac ira dum uentrem fame domare uellent, ipsa una membra, totumque corpus ad extremam tabem uenisse. Inde apparuisse, uentris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes. Hunc quoque uiuimus uigemusque, diuisum pariter in uenas, maturum confecto cibo sanguinem comparando. Hinc quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia coeptum: concessumque in conditiones, ut plebis sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, ne ue cui patrum capere eum magistratum liceret. Ita tribuni plebeij creati duo, C. Licinius, et L. Albinus. Hi tres collegas sibi creauerunt. In his Sicinium fuisse, seditionis autorem. De duobus qui fuerunt, minus conuenit. Sunt qui duos in sacro monte creatos tribunos esse dicant. Ibi sacramentum legem latam per secessionem plebis, et c. Ergo ubi facta est pax, posuere signum Annae Perennae, erexit populus illi statuam. Quod illa ferebat sibi opem, succurrebat libis in ea rerum penuria. Ipsi defectis, cum iam defecissent cibi. Propter meritum illius populus gratus statuam erexit. \* Defectis: indigentibus. aduue significat, et est ἀδύστη. \* Nunc mihi, et c. In his festis Annae obsceni quiddam lusum referebantur, cum uerbis quoque obscenis. Eam Poeta causam affert, quod ubi Anna relata est in deos, Mars eius operam petijt ad Pallada concludendam, cuius amore tenebatur. Quod cum illa se facturam promississet, retulit postea, se illam tandem exorasse, et amatorem quodam ioco delusit, de quo paulo post. Nunc superest, restat mihi dicere. Cur puella cantent obscena, turpia: quod eo turpius, cum puellae canerent. Nam coeunt simul, ipsae puellae. Et canunt certa probra, uituperatione digna. Nuper, paulo ante. Erat facta dea, erat Anna relata in deos. Graduius, Mars, de quo superius. Venit, ad Annam. Et facit talia uerba, ita loquitur.

**A** loquitur. Cum seducta, cum Anna ab illis semota. Coleris meo mense: quia celebratur festum tuum mense Martio. Iunaxi mea tempora tecum, quasi feci menssem meum tibi esse commu- uem: iunxi enim tecum tempora, ut tuæ ferie sint eo mense, qui mihi sacratus. Et artificiose arguit ab hac coniunctione, ut uideatur illa debere id agere, ut illi opẽ præstet iure necessitudinis. Magna spes mihi pendet ab officio tuo: quasi plurimum spero in

tua sedulitate. Ego armifer, qui armis & bellis præsum. **B** Vror correptus amore Mineruæ armifera: quasi uehementer amo Pallada, quæ bellis præest, quemadmodum ego. Vt in prin- cipio huius libri diximus, Ipse uides manibus peragi fera bella Mineruæ. Sic nunc armifera Mineruam uocat. Et in longo tẽpore alo uulnus. à Virg. accepit, Vulnus alit uenis. Et hoc ideo dictũ, quod quanto magis in ea cura sumus, magis augetur amor.

**T**O. Conueniunt partes hæ tibi: tuum est talia tractare, quæ anus es. Stultam spem: quia non erat sperandum, fore ut Pallis abiecta prudentia fleeretur ad Venerem. Sæpius instanti, urgenti Annam ut man data perageret. Precibus uix dedit illa ma- nus. Bene uix, ut res ue- rissimilis uideretur. Et autem Metaphora. Tegens uultus, flameo. Lucanus: Non timidum nuptæ leuiter teclura pu- dorem, Lutea demissos uelaruunt flammea uul- tus. Veneri, quã Mars cognouit, ut, Primus a-

**E**fficere di studio similes coeamus in unum, Conueniunt partes hæ tibi comis anus. Dixerat, illa deum promisso ludit inani, Et stultam dubia spem trahit usq; mora. Sæpius instanti, Mandata peregrimus, inquit, Euicta est precibus, uix dedit illa manus. Credit amans, thalamosq; parat: deducitur istuc Anna tegens uultus, ut noua nupta, suos. Oscula sumpturus, subito Mars aspicit Annam: Nunc pudor elusum, nunc subit ira deum. Ludis amatorem charæ noua diua Mineruæ, Nec res hac Veneri gratior ulla fuit. Inde ioci ueteres, obscenacq; dicta canuntur, Et iuuat hanc magno uerba dedisse deo. Præteriturus eram gladios in principe fixos, Cum sic à castis Vesta loquuta focis:

Spem stultam, stulti Martis, nam stultum eo- rat illud sperare de Pal- lade. Mora dubia, incerta: dicebat enim se obtemperaturam, sed tempora protraheret. Inquit instanti sæ- pius: cum sæpius & ue- hementius ille instaret, dixit. Peregrimus man- data, tua scilicet. Et uicta est precibus, tans **F** dem exorauit. Vix de- dit illa manus: quasi uix dedit fidẽ, ita prius re- pugnat, ut uix uinci potuerit. Aut dedit uictas manus, per trans- lationem ab his qui in ipso prælio capiuntur,

qui uictas manus porrigunt. Amans, Mars. Credit, Pal- lada scilicet uictam. Et parat thalamos, nuptias. Nam tha- lamus, torus iugalis est, ut aliud dictum. Deducitur illuc, ad Martem. Anna tegens uultus suos, flameo scilicet. Vt no- ua nupta: ut moris est, cum noua nupta ad uirum deducitur. De quo Lucanus in secundo Pharsalica: Non timidum nuptæ leu- ter teclura pudorem, Lutea demissos uelaruunt flammea uul- tus. Flameo enim (ut Pomp. inquit) amicitur nubens, boni causa, quod eo assidue utebatur flaminia, id est, flaminis uxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta fla- meo, ut perpetud cum uiro maneret. Attigit in hoc Romanum morem Poeta. Mars sumpturus oscula, cum uellet eam oscu- lari. Subito aspicit Annam detecto enim uultu, aspicit & co- gnoscit illam. Nunc pudor, nunc ira subit elusum deum: nunc pudebat illius ignominia, quod ab ea esset elusum: nunc ira ex- candescebat. Noua diua, quæ nuperrimè facta es dea. Lu- dis amatorem charæ Mineruæ: deludis Martem, qui Miner- uam amat. Nec ulla res fuit hac Veneri gratior: nihil potuit esse Veneri gratius, quàm Martem, cum quo aliquando concu- buit, ab Anna esse delusum. Inde ioci ueteres, qui in campo Martio referuntur. Et canuntur dicta obscena, turpia. Et iuuat, delectat spectatores. Hanc Annam. Dedisse uer- ba, hoc est elusisse, seu decepsisse. Nam dare uerba, decipere est. ut apud Terentium, Cui dare uerba difficile est. Magno deo, Marti. Hæc in festis Annæ referebantur. Præteriturus eram gladios in principe fixos. Idibus Martijs C. Caesar interfecus est, & ea quidem dies Parricidium nominabatur, nec senatus un- quam cogebatur, in tanta cadis mæstitiam. Erat hoc præteri- turus Poeta, ne fortè refricaret lacrymas. Monitus tamen à Vesta, cuius sacerdos fuerat Caesar, ne ueretur, nam & cælo re- ceptus est Caesar, & de coniuratis supplicium sumptum. De eius morte in epitomate Liuij lib. 116, sic habetur: Caesar ex Hispania **H** quintum triumphum egit. Et cum multi quammaximiq; hono- res ei à senatu decreti essent, inter quos ut Pater patriæ appel- laretur, & sacrosanctus, ac dictator in perpetuum esset, inuidie

**V**L. Effice, id effectum reddas, Vt dii similes studio, quasi qui in eodem officio uersemur. Coeamus in unum, coniungamur. Cum enim par sit nostrum numen, quia ego armifer, illa armi- fera, conueniens est, ut simul quoq; coniungamur. O comis, d benigna anus. Hæ partes, hæc officia: quasi dare operam ut simul cocamus. Conueniunt tibi: quia anus es, & sedula tuum est efficere. Dixerat, illa deum promisso ludit inani, &c. Deludebat Anna Martem: at cum nimium urgeret, retu- lit se Palladis animum inflexisse, paratamq; esse ad coniugium. Cumq; ille pararet nuptias, deducitur ad eum Anna uelata luteo flameo, tanquam noua nupta. Et cum ille esset eam osculaturus, cognouit se ab illa delusum. Hæc igitur erant, quæ in festis An- næ referebantur. Dixerat ergo, Mars, illa, Anna. Lu- dit, deludit deum. Promisso inani, uacuo, sine effectu: quia non seruabat promissa. Et trahit, protrahit. Usque, semper

qui uictas manus porrigunt. Amans, Mars. Credit, Pal- lada scilicet uictam. Et parat thalamos, nuptias. Nam tha- lamus, torus iugalis est, ut aliud dictum. Deducitur illuc, ad Martem. Anna tegens uultus suos, flameo scilicet. Vt no- ua nupta: ut moris est, cum noua nupta ad uirum deducitur. De quo Lucanus in secundo Pharsalica: Non timidum nuptæ leu- ter teclura pudorem, Lutea demissos uelaruunt flammea uul- tus. Flameo enim (ut Pomp. inquit) amicitur nubens, boni causa, quod eo assidue utebatur flaminia, id est, flaminis uxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta fla- meo, ut perpetud cum uiro maneret. Attigit in hoc Romanum morem Poeta. Mars sumpturus oscula, cum uellet eam oscu- lari. Subito aspicit Annam detecto enim uultu, aspicit & co- gnoscit illam. Nunc pudor, nunc ira subit elusum deum: nunc pudebat illius ignominia, quod ab ea esset elusum: nunc ira ex- candescebat. Noua diua, quæ nuperrimè facta es dea. Lu- dis amatorem charæ Mineruæ: deludis Martem, qui Miner- uam amat. Nec ulla res fuit hac Veneri gratior: nihil potuit esse Veneri gratius, quàm Martem, cum quo aliquando concu- buit, ab Anna esse delusum. Inde ioci ueteres, qui in campo Martio referuntur. Et canuntur dicta obscena, turpia. Et iuuat, delectat spectatores. Hanc Annam. Dedisse uer- ba, hoc est elusisse, seu decepsisse. Nam dare uerba, decipere est. ut apud Terentium, Cui dare uerba difficile est. Magno deo, Marti. Hæc in festis Annæ referebantur. Præteriturus eram gladios in principe fixos. Idibus Martijs C. Caesar interfecus est, & ea quidem dies Parricidium nominabatur, nec senatus un- quam cogebatur, in tanta cadis mæstitiam. Erat hoc præteri- turus Poeta, ne fortè refricaret lacrymas. Monitus tamen à Vesta, cuius sacerdos fuerat Caesar, ne ueretur, nam & cælo re- ceptus est Caesar, & de coniuratis supplicium sumptum. De eius morte in epitomate Liuij lib. 116, sic habetur: Caesar ex Hispania **H** quintum triumphum egit. Et cum multi quammaximiq; hono- res ei à senatu decreti essent, inter quos ut Pater patriæ appel- laretur, & sacrosanctus, ac dictator in perpetuum esset, inuidie **C** causans

**A** causam aduersus eum praestiterunt: quod senatui deferente hos honores, cum ante aedem Veneris genitricis sederet, minimè assur-  
 rexit, et quod M. Antonio collega suo inter Lupercos currente, diadema capiti suo impositum, in sella reposuit: et quod Epidio Marullo et Casereco Flauo tribunis plebis inuidia, et tanquam regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est. Ex his cau-  
 sis conspiratione in eum facta, cuius capita fuerunt Marcus Bru-  
 tus, et C. Trebonius, et Casius, et ex Caesaris partibus D. Bru-  
 tus, in curia Pompeij occisus est uiginti tribus uulneribus, occupa-  
 tumque ab interfectoribus eius Capitolium. Oblivione deinde cas-  
 dis eius à senatu decreta, obsidibus Antonij et Lepidi liberis ac-  
 ceptis, coniuurati à Capitolio descenderunt. Testamento Caesaris  
 haeres ex parte dimidia institutus est C. Octavius ex sorore ne-  
 pos, et in nomen adoptatus est. Caesaris corpus cum in campum  
 Martium ferretur à plebe, ante Rostrà crematum est. Dictatus  
 rex honos in perpetuum sublatus est. Et Tranquillus, cum de  
 hoc eodem agit, et accessisse in senatum dicit, sic profequitur:  
 Absidentem conspirati specie officij circumsteterunt: illicque Cim-  
 ber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogatus  
**B** rus, propius accessit. Renuentique, et gestu in aliud tempus diffe-  
 renti, ab utroque humero togam apprehendit. Deinde clamans  
 tem, ista quidem uis est, alter Casium aduersum uulnerat, paulum  
 infra iugulum. Caesar Casij brachium arrepto graphio traiecit:  
 conatusque profilire, alio uulnere tardatus est. Vique animada-  
 uertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit,  
 simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius  
 caderet, etiam inferiore corporis parte uelata. Atque ita tribus

ANTO.

Meus fuit ille sacer-  
 dos, Pontifex maximus.  
 Ipse alibi: Ne ue Cade  
 sacerdotis flammam ex-  
 tinguite Vesta. Si  
 mulacraque nuda reliqui.  
 Vult conuirsatis in um-  
 bram tantum Caesaris  
 ius fuisse, cum uerū Ca-  
 sare Vesta rapuisset in  
 caelum. Et tenet in  
 magno templa dicata fo-  
**C** ro. Appianus: Populus

cepit interfectores eius  
 undique conquirere, furus etiam in medio foro edidit: templumque  
 constituto iuxta pyram, ueluti deo sacra exhibuit. Sanè Augu-  
 stus, autore Plinio, Venerem exeuntem è mari, nobilissimam Ae-  
 pellis picturam dicauit in aede Caesaris patris. Legimus et ple-  
 bem tanto fauore mortuum Casarem persecutam esse, ut non so-  
 lum ad Brutij et Casij domum cum facilius tetenderit, sed solis  
 dam columnam uiginti pedum lapidis Numidici in foro statue-  
 rit, ad quam longo tempore sacrificare, uota suscipere, contro-  
 uersasque, interposito per Casarem iurando, distrahere per-  
 seuerauit. Suetonius scribit, pro Rostris auratam aedem ad simu-  
 lacrum Veneris genitricis collocatam. Morte iacent merita.  
 C. Caesaris genus (ut scribit Plutarchus) terras et maria per-  
 grans, omnes eius percussores inuestigauit, quorum nemo (teste  
 Suetonio) triennio amplius superuixit, nemo sua morte defun-  
 ctus est. Damnati omnes, alius alio casu perierunt, pars naufrago,  
 pars praelio. Nonnulli semet, inter quos Casius, eodem pu-  
 gione quo Casarem uiolauerant, interemerunt. Testes estote  
 Philippi. Philippi oppidi nomen est, et camporum Thessaliae,  
**D** ubi uictus est Brutus. Vtrumque enim eo nomine significari, au-  
 dor est Porphyrio. Nomen à Philippo rege deducum existima-  
 tur. Ibi Augustus Caesar (ut scribit Plutarchus) à Bruto, contra  
 quem instructus erat, profugatus, castra quoque amisit, uixque ma-

caput ab Augusto Romam missum est, ut statuam Iulij Caesaris sum-  
 mitteretur. Obitus albet humus: quia in sepulchro sunt.

Ne dubita meminisse, meus fuit ille sacerdos,  
 Sacrilega telis me petiit è manus.  
 Ipsa uirum rapui, simulacraque nuda reliqui:  
 Quod cecidit ferro, Caesaris umbra fuit,  
 Ille quidem caelo positus Iouis atria uidet,  
 Et tenet in magno templa dicata foro.  
 At quicumque nefas ausi, prohibente deorum  
 Numine, polluerant pontificale caput,  
 Morte iacent merita, testes estote Philippi,  
 Et quorum sparsis ossibus albet humus.

caput ab Augusto Romam missum est, ut statuam Iulij Caesaris sum-  
 mitteretur. Obitus albet humus: quia in sepulchro sunt.

Ne dubita meminisse, non uerearis de eo mentionem facere.  
 Ille, Caesar. Fuit meus sacerdos: nam fuit Pontifex maxi-  
 mus, de quo plura paulo superius diximus. Manus sacrilega,  
 sacrilegorum coniuuratorum. Nam ideo sacrilegi, quia sacra ui-  
 olauerunt: nam sacrum Pontificem maximum confoderunt. Pe-  
 tiere me telis, quasi me ipsam uulnerarunt: nam qui Pontificem  
 meum uiolauerunt, in me ipsam manus iniecerunt. Ipsa uirum  
 rapui: eripui ego è manibus eorum Casarem, et in caelum retu-  
 li. Et reliqui simulacra nuda, quasi umbram sine corpore.  
 Umbra Caesaris fuit, quae cecidit ferro: non fuit Caesar, sed eius  
 umbra, in quam armis sacrilegi saeuierunt. Ille quidem posi-  
 tus caelo, locatus inter sidera, ut iam diximus. Et in Bucolicis:  
 Ecce Dionæi processit Caesaris astrum. Videt atria Iouis: quia  
 in caelum, et Iouis regiam ascendit. Et tenet templa dicata,  
 consecrata. In magno foro, in foro Romano. Et Suetonius in-  
 quit: Et pro rostris aurata aedes ad simulacrum Veneris genitri-  
 cis collocata. At quicumque ausi nefas, ausi tam indignum faci-  
 nus. Polluerant: fœdauerant, seu uiolauerant. Caput pon-  
 tificale, Caesaris Pontificis. Prohibete numine deorum, quasi con-  
 tra deorum uoluntatem. Iacent morte merita, quam meruerunt.

et uiginti plagis confossus est, uno modo ad primum idem ge-  
 mitu sine uoce edito. Bisi tradiderunt quidam, Marco Bruto ir-  
 rucnti dixisse, *νεκρὸν εἶναι ἀνὴρα, νεκρὸν εἶναι τινος*. Exanimis diffu-  
 gentibus cunctis aliquandiu iacuit: donec leuica impositum, de-  
 pendente brachio, tres seruuli domum retulerunt. Hæc ille, qui  
 plures quoque honores ei in morte collatos refert. Si quis histo-  
 riam cumulatorem cupit, perlegat Plutarchum et Appia-  
 num, cum Appianus nominatim etiam referat coniuuratos om-  
 nes. Sed quod in deorum numerum relatus sit, ita idem Tran-  
 quillus inquit: Perijt sexto et quinquagesimo ætatis anno, atque  
 in deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium,  
 sed et persuasione uulgi. Siquidem ludis, quos primus consecra-  
 tos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies con-  
 tinuos fulsit, exoriens circa undecimam horam, creditumque est  
 animam esse Caesaris in caelum recepti, et hac de causa simu-  
 lacro eius in uertice additur stella. Curiam, in qua occisus est,  
 obstrui placuit, idemque Martias Parricidium nominari, ac ne ur-  
 quam eo die senatus cogere. Percussorum autem ferè neque  
 triennio quisquam amplius superuixit, neque sua morte defun-  
 ctus est. Damnati omnes, alius alio casu perijt, pars naufragio,  
 pars praelio: nonnulli semet eodem illo pugione, quo Casarem  
 uiolauerant. Sed hæc hæc. Etiam præteriturus, silentio  
 scilicet: hoc est, non relaturus. Gladios fixos in principe, in  
 Casare: hoc est, Casarem in curia trucidatum. Cum Vesta  
 sic loquuta à castis focis, cum ita ex ara æterni  
 ignis Vesta admo-  
 nuit.

neus hominum effugit, ut  
 ipse in Commentarijs scri-  
 psit, somnio cuiusdam fa-  
 miliarium admonitus.  
 Casius uerò in alio cor-  
 nu ab Antonio uictus,  
 cum ignoraret Brutum  
 uicisse, à Pindaro liber-  
 to uolens mandansque oc-  
 cisus est. Deinde iterum  
 pugnatu est, paucis die-  
 bus interiectis, et in ea  
 pugna uictus Brutus sibi  
 mortem consciiuit: cuius

caput ab Augusto Romam missum est, ut statuam Iulij Caesaris sum-  
 mitteretur. Obitus albet humus: quia in sepulchro sunt.

Ne dubita meminisse, non uerearis de eo mentionem facere.  
 Ille, Caesar. Fuit meus sacerdos: nam fuit Pontifex maxi-  
 mus, de quo plura paulo superius diximus. Manus sacrilega,  
 sacrilegorum coniuuratorum. Nam ideo sacrilegi, quia sacra ui-  
 olauerunt: nam sacrum Pontificem maximum confoderunt. Pe-  
 tiere me telis, quasi me ipsam uulnerarunt: nam qui Pontificem  
 meum uiolauerunt, in me ipsam manus iniecerunt. Ipsa uirum  
 rapui: eripui ego è manibus eorum Casarem, et in caelum retu-  
 li. Et reliqui simulacra nuda, quasi umbram sine corpore.  
 Umbra Caesaris fuit, quae cecidit ferro: non fuit Caesar, sed eius  
 umbra, in quam armis sacrilegi saeuierunt. Ille quidem posi-  
 tus caelo, locatus inter sidera, ut iam diximus. Et in Bucolicis:  
 Ecce Dionæi processit Caesaris astrum. Videt atria Iouis: quia  
 in caelum, et Iouis regiam ascendit. Et tenet templa dicata,  
 consecrata. In magno foro, in foro Romano. Et Suetonius in-  
 quit: Et pro rostris aurata aedes ad simulacrum Veneris genitri-  
 cis collocata. At quicumque ausi nefas, ausi tam indignum faci-  
 nus. Polluerant: fœdauerant, seu uiolauerant. Caput pon-  
 tificale, Caesaris Pontificis. Prohibete numine deorum, quasi con-  
 tra deorum uoluntatem. Iacent morte merita, quam meruerunt.

Estote

**A** Estote testes Philippi, capi ubi Brutus & Cassius principes con-  
iuratorum, alter sua, alter serui manu cōfēcti sunt, & Cæs. Oda-  
uio ultiōri uictoria parata. Philippi cuius est (ut in Odis Hora-  
tj quoq; diximus) in Macedonia finibus, quæ (ut Appianus me-  
minit) Datos olim dicebatur, Crenida ante Dati nomē appella-

ta. Eum locum Philippus ut accomodatū metatus super Thra-  
ces uallo sepfit, & à se Philippos nuncupauit. Et quorum, &  
illi sunt testes. Quorum ossibus sparsis, diffusis. Albet hu-  
mus. nam omnes illi parricide mortui & insepulti iacuerunt. Sic  
& ossibus inbumatis albescere uidebatur tellus.

**TO.** Hæc prima elemen-  
ta fuerunt Cæsaris. Lau-  
dat Augustum à pietate,  
qua factum est, ut extin-  
xerit omnes lity Cæsari-  
ris percussores, auspica-  
tusq; fuerit res postea à  
se gestas ultione pater-  
na. unde Marti Vltori

Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt  
Cæsaris, ulcisci iusta per arma patrem.  
Postera cum teneras aurora refecerit herbas,  
Scorpius à prima parte uidendus erit.  
Tertia post idus lux est celeberrima Baccho.  
Bacche faue uati, dum tua festa cano.

negantes esse credibile,  
deū inuenisse quo homi-  
nes ad dementia adige-  
rētur. Aegyptij Baccho  
porcū mactabāt aly hir-  
cum, ut diximus supra.  
Eidē maiores nostri sa-  
crima, id est, mustū sacri-  
ficarunt, pro uino, uasis,

ac uineis conseruandis. Cui antiquissimi rustici, autore Festo, con-  
fecta uindemia, Dionysia faciebant. Canebantur autē hymni Li-  
bero patri apud Græcos græca, apud Latinos uoce latina, cum  
hymni matris deorū ubiq; græcā linguā requirerēt, teste Seruio.  
Primus uerò apud Corinthios Dithyrābici carminis genus ceci-  
nit Arion Methymnæus, quod à Dithyrābo, id est Baccho, id no-  
men accepit, sic dicto, quod per duas portas uenerit, uentrē Seme-  
les, & Iouis femur. à quo Dithyrābici poeta cognomi nati sunt:  
qui cum hymnos in Bacchū canerent, tripodē in præmium acci-  
piebant. Erant autē Bacchi sacra non tacita, ut pleraq; alia, sed  
aperta, sicut & sacra matris deorū. Adhibebantur enim orgijs  
Bacchi penè omnium generum instrumenta.

Hoc opus, &c. In laudē Odauij Cæsaris, qui paternam mor-  
tem ad interuentionē inimicorū ultus est, & Marti Vltori a dem-  
consecrauit. Et Sueton. inquit, eodem Marti pro ultione paterna  
bello Philippenſi uouisse. Sed de hoc plura dicemus in quinto.

Hoc fuit opus, hæc pietas, filij in parentē. Hæc fuerunt prima  
elementa Cæsaris: Odauij fuere magna & pia initia rerū agen-  
darum, quibus ad summū imperiū promotus erat. Ulcisci patrē,  
Iulium Cæsarē. Per iusta arma: iustū enim erat ulcisci patris  
necem. Illud Odauius rediens ex Epiro, egit, ut opē contra per-  
cussos patris haberet: nec destitit, quoad omnes extinxit.

Postera cū, &c. Decimo septimo cal. April. hoc est, decimasexta  
die, primā pars Scorpionis oritur. Scorpius enim, cuius prior  
pars, quæ Chelæ dicitur, ita ponitur ab æquinoctiali circulo, ut  
eum sustinere uideatur ipse aut pedibus Ophiuchi subditus, extre-  
ma cauda circuli hyemalē contingere uidetur. Occidit autē incli-  
nato capite, exoritur erectus à chelis. Hic habet stellas in bis quæ  
chelæ dicitur, in unaquaq; earū binas, ex quibus proximæ sunt  
clariores. Præterea habet in fronte stellas tres, quarū media est  
clarissima. Inter scapulas tres, in uentre duas, in cauda quinque: in  
acumine ipso, quo percutere existimatur, duas. Omnino sunt stel-  
læ decē & nouē. Scorpius ipse propter magnitudinē membrorū  
in duo signa diuiditur, quorū priorem partē Libram dixerunt.  
Sed omnino totum signum hac de causa statutū assignatur, quod  
Orion cum uenaretur, & in eo exercitatisimū se esse cōsideret,  
dixisse & Dianæ & Latonæ, se omnia quæ ex terra oriuntur,  
occidere ualere. quare terrā permotā scorpionem eduxisse, qui  
eum interficere demonstratur. Iouem autē admiratū, scorpionem  
inter astra collocasse: ut species eius hominib. documento esset, ne  
quis eorū aliqua re sibi cōsideret. Dianā autem propter studium  
Orionis petiisse à Ioue, ut illi idē beneficiū daret petēti, quod Ter-  
ræ ultrò tribuisset. Itaq; constitutū, ut cū Scorpio oriatur, Orion  
occidat. Hæc ex Higino. Poeta inquit, eo die uidendum esse Scor-  
pium mandē, à prima parte. De cosmico eius ortu intelligere non  
possumus: nā est Arietis, qui illis diebus oriri incipit. Ego sic ac-  
cipere uideri per ortū heliacū, in occasu tamen, ita ut significet  
occidentem Librā. Sic Arietis ortus indicaretur, qui Libræ op-  
positus est. Sed de Ariete postea dicemus. Plinius tamen inquit,

C 2 Cæsarem

templum dedit. Scorpius à prima, &c. Secundum Chaldaeos  
loquitur, Libram & Scorpium unum signū accipientes. De quo  
ait Macrobius: Scorpius totus, in quo Libra est, naturā solis ima-  
ginatur, qui hyeme torpescit. Dicit enim Librā, quam faciunt  
Scorpionis chelæ, decimo septimo cal. Apriles ebronicè oriturā.

**B** Quod fieri necesse est noctis initio, cum sol hoc tēpore propemo-  
dum in eo sit, ut Arietem ingrediatur. Sanè Scorpius cum chelis  
19. stellis constare dicitur. Nec nos moueat quod diximus supra,  
idib. Marijs occidere Scorpionē. Quis enim nesciat fieri posse,  
ut eodem die & chronicè. Est autem Scorpius, Martis domus.

Vnde Horatius eum formidolosum uocat. ut, Seu Libra, seu me  
Scorpius aspiciet formidolosus. Et Virgilius ardentē. ut, Ipse tibi  
iam brachia cōtrahit ardens Scorpius. Tertia post idus, &c.  
Decimo quinto cal. April. Baccho sacra sunt, quæ constat (teste  
Seruio) Iulium Cæsarē primū Romā translulisse. ut, Daphnis  
& Armenias curru subiūgere tigres Instituit, Daphnis thyasos  
inducere Baccho. Dicuntur autē hæc festa Liberalia, à Libero,  
id est Baccho, qui repletor uini, ideo Liber dicitur (ut Festo pla-  
cet) quod uino usi omnia liberè loquantur, quos ebrietas petulan-  
tiores facit. Vnde illud est Neuy: Libera lingua loquemur ludis  
Liberalibus. Licet aly à libatione Liberum dictum uelint, quod  
ipse libationē præbuerit. Aly quod pro Bœotice libertate pugna-  
uerit. Aly à liberādo dictū putāt, cuius sacra (ut inquit Seruius)  
ad purgationē animæ pertinebant. Aly quod liber & uagus sit.  
nam secundū Arist. Apollo et Liber pater unus atq; idē deus est.

**C** De quo ait Neuius: Hac qua sol uagus igneas habens immittit,  
propius iungitq; terræ. Hinc est, quod (ut scribit Macrob.) in sa-  
cris his religioſi arcani obseruatio tenebatur, ut Sol cum in supe-  
ro hemisphærio esset, Apollo uocaretur: cū in infero, Dionysius,  
qui est Liber pater, quem Herod. scribit, ubi editus est in lucē, ab  
Ioue insutum femori, portatumq; in Nysam, quæ est super Aegy-  
ptum, in Aethiopia, ubi educatus dicitur. Vnde à Ioue, cuius græ-  
cus genitiuus est Dios, & Nysa, Dionysius dictus est, et eius sacra  
Dionysia, ut à Baccho Bacchanalia, à Libero Liberalia. Nam  
Orgia & Trieteria à nullo huius dei nomine deducā sunt: qua-  
rum illa non solum Liberi patris, sed deorū omnium sacra apud  
Græcos significabāt. Hæc autē à τριετηριαι, id est, à triennio  
dicta sunt, quo exacto (ut ait Lactan. grāmaticus) mos fuit ea ce-  
lebrari. Sanè Bacchus, ut quidā tradunt, primus omnium subactis  
Indis uictoriā reportauit, apud quos Nysam urbē condidit, teste  
Iustino: ad quā cum Alexander Macedo uenisset, oppidanis non  
repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, parci iussit, cum  
secutū se non tantum militiā, uerum etiā dei uestigia letaretur.  
Est & Nysa in Bœotia, de qua inquit Lucan. Bacchumq; auer-  
tere Nysa. Item in Caria, in Lycia, & Ionia. Hic deus emere &

**D** uendere instituit, inuenitq; diadema regū inſigne, necnō et trium-  
pbum, ut Plin. & Macrob. meminerūt. Athenienses primi Libe-  
rales ludos instituerunt, ut quibusdā placet. Scythæ autē (ut scri-  
bit Herod.) Græcis probro dederūt Bacchanaliū consuetudinē,

P A V L.

G

H

A. *Cæsarem idus Martias sibi ferales annotasse Scorpionis occa-  
su. Nos uerò in fine operis plura simul de omnibus dicemus.  
Cum postera, sequens. Aurora refecerit, rore madefecerit her-  
bas teneras. Scorpium erit uidendus à prima parte: aut post  
primam partem, hoc est, post chelas: siue à prima parte sui si-  
gni, eo modo quo dictum est. Tertia post idus lux est celeberrima  
Baccho. Decimo sexto calendæ Aprilis, hoc est, decima septi-  
ma die Martij festum erit Bacchi, quo die ad liba populus conue-*

*niebat, in eius honorem, & pueri relicta prætextu vilè togam  
sumebant. Profunditurq; in Bacchi laudes, & in Sileni fabu-  
lam, & in togæ liberæ rationem, quæ omnia suis in locis expli-  
cabinus: Tertia lux, tertia dies post idus Martias, hoc est, de-  
cimo sextus dies mensis Martij. Est celeberrima Baccho,  
Bacchi numine: nam celebratissimum Bacchi festum. Bac-  
che faue uati, faue mihi. Dum cano, cantando scribo. Tua  
festa, diem tuis sacris constitutam.*

ANTO.

*Nec referam Semelen, Bacchi matrem, &  
Cadmi filiam. Nota est  
fabula. Hæc Thyone  
græcè dicitur, à qua (ut  
placet Porphyrii)  
Bacchus Thyoneus dicitur.  
unde Baccha, Thya  
des dictæ. Est autem color  
Occupatio. Paruus  
inermis eras. Sensus  
est: Nisi Iupiter fulmine  
armatus uenisset ad Semelen,  
in infantia inermis fuisset.  
Ac si dicat,  
inter arma, hoc est, fulmina  
natus es: ut consta-*

**Nec referam Semelen, ad quam nisi fulmina secum  
Iuppiter afferret, paruus inermis eras.  
Nec puer ut posses maturo tempore nasci,  
Expletum patrio corpore matris opus.  
Bistonas & Scythicos longum est narrare triumphos,  
Et domitas gentes thuris, & Inde tuas.  
Tu quoq; Thebanæ mala præda tacebere matris,  
Inq; tuum furij's acte Lycurge genu. |  
Ecce libet subitos pisces, Tyrrenaq; monstra  
Dicere, sed non est carminis huius opus.  
Carminis huius opus causas exponere, quare  
Vilis anus populos ad sua liba uocet.**

*ret, quantus imperator ac deus futurus esset, qui armatus erat,  
cum ederetur in lucem. Bistonas, populos Thraciæ, in qua &  
stagnum Bistonium est, dictum à rege Bistone, ut quibusdam pla-  
cet. U cum in sacris Liberi patris uersantur, solutis crinibus, an-  
guis & capite & manu gestant, teste Porphyrione: cum mos  
sit bacchantium (ut scribit Diodorus) comis ferta, & manibus  
ebryfos ferre, id est, hastas pampinis inuolutas. Et Scythicos  
longum est narrare triumphos. Sunt qui primum triumpho auto-  
rem Dionysium putent, à quo non indisolūm, sed & Scythiæ do-  
mum sunt, & alij. Gentes thuris, Arabes, quos Bacchus ferunt  
etiam domuisse. Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere  
matris. Pentheum dicit, quem Liberi patris sacra aspernantem,  
ira numinis matri lacerandum dedit. Inq; tuum furij's acte Ly-  
curge genu. Ipse alibi: Penthea tu uenerande bipenniferumq;*

C *Lycurgum Sacrilogos mactas. Fuit autem hic Lycurgus rex Thra-  
ciæ, qui dum in Bacchi contemptum uites succideret, crura sibi  
falce amputauit, unde eum abstemium fuisse Seruius scribit. Sed  
historia hoc habet, noluisse Lycurgum decipere Bacchum ex In-  
dia reuertentem: cui cum regni aditum promississet, noctu milites  
misit, qui in eius exercitum impetum facerent, quod cum deus re-  
sciisset, instruita acie Thracas aggressus, Lycurgum oculis pri-  
uauit, & socios eius cruci affixit. Lactantius grammaticus duos  
inquit fuisse Lycurgos, Thracem, & Nemeum: quibus additur  
ab alijs Lycurgus legum dator. Sed Lycurgus Bacchi contem-  
ptor is est, quem quidam Boreæ, alij Dryantis filium dicunt, ac  
Phyllidis patrem. Subitos pisces: nautas Tyrrenos, qui à  
Baccho in delphines conuersi sunt. Nota est fabula. Vilis a-  
nus: quæ consuevit in festo Bacchi uocare populum ad liba, quæ  
ipsa formauerat, & ea populo Romano distribuere, ut unusquis-  
que Baccho particulam offerret, uel libaret.*

*Ut Homerus  
lib. 6. Iliad.  
c. 24. 78. 24. 24.  
ἀγούριος  
ὄϊος ἠγάρ-  
γεος ἀνδρῶν*

PAVL.

*Nec referam Semelen, & c. Non agam nunc de matre tua Se-  
mele, quæ persuasa à Iunone, non aliter credens Ioui succumbe-  
re, nisi ea secum maiestate congrederetur, qua cum Iunone, exa-  
nimata est: quod nisi illud illa experiretur, te Iouis filium non pu-  
tabat. Nec referam, nolim nunc referre. Semelen, matrem  
tuam: quæ, ut Diodorus inquit, ex Harmonia Veneris filia, &  
Cadmo nata est. Ad quam, Semelen. Nisi Iupiter inermis,  
prius tamen inermis. Afferret fulmina, quæ postea ob iura-*

*nasci tempore maturo: ut nascaris perfecto tempore partus, hoc  
est, decimo mense. Bistonas & Scythicos, & c. Nolo commemo-  
rare nunc uictorias tuas, & triumphos toto orbe partos. Ete-  
nim Dionysius: Nam & ipse Bacchus totum orbem bellis & ui-  
dorijs peragravit. Ex Asia in Europam transfretaturus, cum  
amicitiam inisset cum Lycurgo rege Thraciæ, & ab eodem in-  
sidie in eum pararentur, ut refert Diodorus, Tharope quodam  
rem deferente, Lycurgum domuit, regnumq; Thraciæ Tharopi  
tradidit, cuius sacra & cerimonias demonstrauit. ideo hic,  
Longum est memorare Bistonas: quasi quia longum esset, nolo  
nunc commemorare Thracas, qui Bistonas dicuntur, à Bistone  
fluuii, cuius meminit Plin. Inde apud Virg. Bistoniasq; niues. Et  
in Heroid. Nec uehi à sacras Bistonis unda rates. Et Scythi-  
cos triumphos, quos à Scythia retulisti. Scythiæ enim septentrio-  
nales sunt, partim in Europa, partim trans Tanaim in Asia. Hos  
etiam cum Indis Bacchus debellauit. Dionysius enim primus om-  
nium triumphauit, elephanto Indico inuectus, ut refert Diod.  
Et domitas gentes thuris: quasi non agam de Arabib. à te uictis,  
apud quos thus nascitur. nam in Cathabania regione Arabia.  
Sed de his latius in primo libro diximus. Et Inde tuas, gentes  
scilicet domitas. Indiam enim (ut diximus) totam domuit. Indus  
fluuius Indiæ maximus. & Indos populos dicimus. Ipsa quidem  
regio sub oriente sole iacet, de qua aliàs. Tu quoq; Thebanæ  
mala præda, & c. Nec dicam nunc de Pentheo Thebano, aut Ly-  
curgo Thraceo. Pentheum enim Thebis Bacchi sacra spernentem,  
atq; prohibentem, Agæue mater interfecit, cuius fabula re-  
fertur in 3. Metam. Et Diodorus inquit sustulisse omnes impios,  
qui in orbe erant: sed maximè Pentheum, ac Lycurgum. Quem  
etiam dicunt, dum Bacchi uites incidere, crura sibi abscidisse.  
Tu quoq; ð Pentheu. Mala præda matris Thebanæ, qui ab  
Agæue matre tua Thebana discerptus es. Tacebere, à nobis  
quæ non commemorabo. Et tacebere tu Lycurge, rex Thra-  
ciæ. Acte furij's, qui à furij's impulsus es. In tuum genu nam  
dum putabas uites incidere, crura à genu abscidisti. Ecce libet,  
& c. Vellem commemorare Tyrrenos nautas, sed non pertinet  
ad præsens argumentum. Bacchus crediderat se Tyrrenis nau-  
tis, ut eum Naxos deserret: qui cum illi uim inferre pararent, in  
delphinos mutati sunt, de hoc etià in Metam. Ecce libet dicere  
pisces*

**A** pisces subitos, delphinos repente factos. **Monstra Tyr-**  
**rbena,** Tyrrenos nautas, in delphinos subito conuersos. Sed  
 non est opus huius carminis, non pertinet ad hoc carmen. Ea es-  
 nim in Metamorphosi carmine heroico scripsit, nunc in hoc ele-  
 go non sunt repetenda. praeterea non conuenit huic argumentor  
 quia nunc non agimus de his, sed de libis, ad quae uocatur ab ani-  
 cula populus. Opus huius carminis est: quasi pertinet ad

hoc carmen. Exponere causas quare, quibus causis. Vili-  
 anus uocet populum ad sua liba: uetula quae liba sinxerit, ad ea  
 populum uocat. nam ab ea accipit populus in festo Baccho. poe-  
 ta rationem aucupatur à primis libationibus, quae ab ipso fuerunt  
 instituta, praesertim cum uictor rerum primitias magno  
 Ioui offerret: sic à Libero patre liba  
 libamina dicta.

**TO.** In gelidis herba re-  
 perta focis. Vult ante  
 ortum Bacchum nullum  
 sacrorum usum fuisse:  
 ubi foci, postea sacro-  
 rum ignes cōtinuere, ni-  
 hil aliud fuisse quam her-  
 bas. Primitias magno  
 supposuisse Ioui, obtu-  
 lisse Ioui primitias pra-  
 dae. Nomine ab auto-  
 ris ducunt libamina no-  
 men. Liba quidem (ut di-  
 ximus secundum Varro-  
 nem) à libando dicta  
 sunt, quod libandi causa  
 fiant. Libamina uerò à  
 Libero, ut Nasoni plas-  
 cet hoc loco, cuius festa  
 idem Varro scribit dicta  
 Liberalia, quod per to-

Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt  
 Liber, & in gelidis herba reperta focis.  
 Te memorant Gange, totoq; oriente subacto,  
 Primitias magno supposuisse Ioui.  
 Cinnama tu primus, captiuacq; thura dedisti,  
 Deq; triumphato uiscera tosta boue.  
 Nomine ab autoris ducunt libamina nomen,  
 Liba q; quod sanctis pars datur inde focis.  
 Liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem  
 Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.  
 Ibat arenoso satyris comitatus ab Hebro,  
 Non habet ingratos fabula nostra iocos.  
 Iamq; erat ad Rhodopē, Pangaeaq; flumina uentū,  
 Aeriferæ comitum concrepuere manus.  
 Ecce nouæ coeunt uolucres tinnitibus actæ,  
 Quaeq; mouent sonitus aera sequuntur apes.

scera tosta, cocta. De  
 boue triumphato, de boue  
 raptò ab hostibus, de qui-  
 bus triumphasti. Liba  
 mina, libationes, quae cūq;  
 in sacris libantur. Duc-  
 cunt nomē à nomine au-  
 toris: à Libero patre,  
 qui primus Ioui libauit,  
 dicta sunt libamina. Et  
 liba, à libaminibus, seu li-  
 bando, ab ipso Libero.  
 Quod pars, liborum sci-  
 licet. Inde, à libationi-  
 bus. Datur sanctis fo-  
 cis, offertur aris. ideo  
 Varro ostendit liba dis-  
 ta, quod libandi cau-  
 sa fiunt. Fictores dicti  
 à fingendis libis. Sa-  
 turnio in carmine, Li-

tum oppidum eo die sacerdotes Liberi sederēt hedera coronate  
 cum libis & foculo sacrificantes. Ea liba è farre & melle con-  
 stabant, apta sacris, ut inquit Seruius. Quod sacris pars da-  
 tur inde focis. Dictum inquit libum, quod eius particule focis sa-  
 cris siue aris libentur. Hebro, fluius Thraciae, cuius prouin-  
 cia mons est Rhodope, cui à regina Thracium Rhodope ibi sepul-  
 ta nomen inditum putant. ibi & Pangaea sunt, quae iunguntur  
 Macedoniae: ut, Video Pangaea niuosis Cana iugis. Vnde au-  
 tor subiungit, Pangaeaq; flumina, è Pangaeo fluentia: quod Thra-  
 cia promontorium esse Bessis conterminum constat, ad cuius ra-  
 dices fluit amnis quem Nestum uocant. Aera sequuntur apes.  
 Vergilius in quarto Georg. Curetum sonitus, crepitantiq; a-  
 ra secuta. Gaudent apes (teste Plinio) plausu atq; tinnitu a-  
 ris, eoq; conuocantur, quo manifestum est, ut idem putat, auditus  
 sensum eis inesse: quāuis nonnulli aliter sentiant. isdē inimica est  
 echo resultati sono, à quo pauide alterno ictu pulsantur. ut, Aut  
 ubi concaua pulsu Saxa sonant, uocisq; offensa resultat imago.

baq; fictores Argeos, & tutulatos. Libum panis genus erat, &  
 melle infundebatur, sed plura diximus in primo libro. Liba, ita  
 ut diximus, infusa melle. \* à Graeco uerbo λιβαν, quod est liba-  
 re, aspergere aliquo liquore. \* Fiant deo, hoc est ipsi Baccho:  
 Quia idem, Bacchus. Gaudet dulcibus succis: hac causa liba  
 Baccho offeruntur, quia dulces succi & liquores illi grati sunt,  
 ueluti mella quae ipse adinuenit, ideo hic, Et ferunt, dicunt.  
 Mella reperta à Baccho: quasi mellis inuentionem Baccho assi-  
 gnant. Sed de mellis inuentione, primo libro diximus. id nūc poe-  
 ta ipsi deo ascribit. Refertq; iocosam Sileni fabulam, cum audis  
 edendi mellis, crabronum aculeis est infixus, & pro medela luto  
 deliniri uultū iussus est. Ibat, Bacchus, Comitatus satyris,  
 qui sunt eius comites: ut in primo diximus. Ab Hebro areno-  
 so. Hebrus Thraciae fluius prope Aenō urbem in mare Aegēū  
 influit. Nostra fabula, quā nunc referemus. Nō habet ingra-  
 tos iocos, scilicet gratos. Iamq; erat uentū, iam uenerat ad Rho-  
 dopen. Rhodope mōs est Thraciae, sic à Rhodope regina Thraciā  
 ibi sepulta cognominatus. Et ad Pangaea flumina, ad fluius è  
 Pangaeo scaturientes. Pangaeum enim Thraciae promontorium  
 Bessis conterminū: & Macedoniae iunctū Plin. inquit, ad cuius  
 radices fluit amnis Nestus. Et in Pangaeo auri & argēti fodinas  
 esse, testatur Herodotus. Manus comitū, satyrorū, & mēna-  
 dum, & ceterorū, qui Bacchū comitantur. Aeriferæ, gestan-  
 tes tā cymbala, quā aera instrumenta, quib. collisis tinnitus ede-  
 retur. Cōcrepuere, insonuere. ut est illud Horatii: Quis post uis-  
 na graue militū, aut pauperū increpat, qui locus in eā significa-  
 tionē à Nonio adducitur. Ecce uolucres nouae, apes illic tunc  
 ignotae. Actae tinnitibus, sonitibus qui fiunt ex aris uerbera-  
 tione. Coeunt, congregantur. Et apes sequuntur aera, aris  
 ed sequuntur & apes: & totus hic à Verg. locus in quarto Geo-  
 org. Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipse Addidit, expe-  
 diam, pro qua mercede canoros Curetum sonitus, crepitantiq;  
 aera sequuta, Dictaeo caeli regē pauere sub antro, & paulo ante,  
 cū tradit, quo pacto egressae ex aluearis apes reuocentur. sic inqt:

**O** liber, à Dionysi, seu Bacche, cur Liber, in primo diximus.  
 Aera fuerunt sine honore, sine sacrificio. Ante tuos ortus, an-  
 tequam tu natus esses, & Herba fuit reperta in gelidis focis  
 in locis ubi post ortū Bacchi aera sunt cōstituta, herba erat. ideo  
 foci gelidi, quia nulla fiebant sacrificia, nullus erat in ea usus  
 ignis, nulla uictima torrebatur, nulla thura cremabantur. Te  
 memorant, te dicunt à Libero. Subacto Gange & toto oriente,  
 postquā domuisti & subegisti populos totius orientis, Indos pra-  
 scripsit, per quos Ganges fluius septem alueis fluit in orientem  
 solem. Supposuisse primitias magno Ioui, obtulisse Ioui pri-  
 mitias pra- dae, & fructuum partes, primitiae enim fructuum dīs  
 offerebantur, de his in secundo libro diximus. Tu primus, à Bac-  
 che, Liber pater. Dedisti, obtulisti Ioui. Cinnama, quae qui-  
 dem nascuntur in Aethiopia Trogloditide, teste Plin. At in Me-  
 tamorphosi in Panchaia Arabia regione nasci dicuntur. Sit dis-  
 ues amomo, Cinnamaq; costumq; suum, sudaiq; ligno Thura fe-  
 rat, floresq; alios Panchaia tellus. Et thura captiua, capti-  
 uorū Arabū, quos subegisti, tu primus ea dīs cōcremast. Et ui-

A Hinc ubi iam emissum caueis ad sidera cœli Nare per astatem  
liquidam suspexeris agmen, Obscuramq; trabi uento mirabere  
nubem, Contemplator aquas dulces & frondea semper Teſta pe-  
tunt, huc tu iuſſos aſperge ſapores, Trita meliſſophylla, & cerina  
the nobile gramen: Tinnitūq; cie, & matris quate cymbala

circum. Ipſa confident medicatis ſedibus: ipſa Intima, more ſuo, B  
ſeſe in cunabula condent. Sic Ouidius hoc in loco ſequitur tinnitū  
tuſ inquit, & cauo trunco condit, cum id muneris  
Baccho uelit aſignari. Lie  
ber, Bacchus.

ANTO.

In arbore claudit ino-  
ani. Nouimus apud alue-  
aria interdum fieri de ca-  
uis arborum truncis.  
Lenisq; ſenex. Silenū di-  
cit. Diſſimulatq; ſe.  
nemini rem aperit, ut ſo-  
lus melle auditi exami-  
nis potiretur. Milia  
crabronum coeunt. hæ  
uolucres ex equis crean-  
tur, dicunturq; interfice-  
re hominem iſtibus ui-  
ginti ſeptem. Spicula,  
B aculeos, quibus affi-  
xis excitatur dolor &  
tumor. Limūq; indu-  
cere monſtrat: ut in-  
tuentes Sileni faciem lu-  
to oblitam, mouerentur  
ad riſum: perſuaſit Sile-  
no ut ad tollendum do-  
lorem timoremq; ori &  
capiti limum induceret.  
quamuis legi apud ſcri-  
ptores ac medicos pro-  
batiffimos, luti genus  
mederi cuiusmodi morſi-  
bus, & hauſtum cum ui-  
no, et illitum cum aceto.  
Splendida mella, electa  
& pura, qualia ſacris adhiberi oportet. Fœmina cur præſtet:

Si queris, cur in Feſto Bacchi fœmina potius quàm uir populo  
liba ſuppeditet: ratio in promptu eſt, quia fœminarum ac ma-  
C nadum greges Bacchum ſequebantur, quas thyrfos gerentes deus  
conciſabat. Conſtat enim Bacchum, teſte Diodoro, peragranti  
orbem duxiſſe exercitum non uirorum tantum, ſed etiam mulie-  
rum. Vnde in multis Græciæ ciuitatibus cum trieteria adueniſ-  
ſent, mulieres in unum conueniebant & uirgines thyrfos geren-  
tes, Liberum patrem hymnis & cantibus uenerabantur. Cur  
anus hoc faciat, queris: quia uino ſeneſcus & gaudet, & indi-  
get ut lætæ infantia: diciturq; uinum, lac ſenis.

PAVL.

Colligit errantes, eas ſcilicet apes tinnitus ſequutas. Et  
claudit in arbore mani, uacua: hoc eſt, in cauo arboris trunco,  
ſiue in ipſo alueario. Et habet præmia mellis inuenti: hæ-  
bet laudem inuentionis mellis: nam ueræ laudes ſunt, uirtutis  
præmia. Vt ſatyri, qui deguſtauerant mella, capti ea dulcedi-  
ne, inquirebant per ſyluas, ſi ea in cauis arboribus inueniſſent,  
Silenus putauit ea inueniſſe, cum aduerteret faui ſimilitudinem,  
ed tacitus acceſſit: crabrones & ueſpæ infixere illi aculeos.  
Vt, poſtquam, ſatyri, qui Liberum patrem comitantur. Et  
lenis ſenex, Silenus, de quo plura in primo. Tetigere ſaporē,  
guſtauere ſaporem mellis. Quærebant fauos flauos, flauen-  
tia mella. Per omne nemus, per omnes ſyluas. Senex, Sile-  
D nus audit ſtridorem. Examinis: hoc eſt apes ſtridentes, uel  
quas ipſe apes putauit, cum eſſent crabrones, & ueſpæ. In ul-  
mo exefa, caua, quam uetuſtas excederat. Aſpicit & ceras,  
nam & ueſpæ componunt inanes ceras ad ſimilitudinem faui.

Colligit errantes, & in arbore claudit inani  
Liber, & inuenti præmia mellis habet.  
Vt ſatyri lenisq; ſenex tetigere ſaporem,  
Quærebant flauos per nemus omne fauos.  
Audit in exefa ſtridorem examinis ulmo.  
Aſpicit, & celat diſſimulatq; ſenex.  
Vtq; piger pandi tergo reſidebat aſelli,  
Applicat hunc ulmo, corticibusq; cauis.  
Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus,  
Atq; auidè trunco condita mella petit.  
Milia crabronum coeunt, & uertice nudo  
Spicula deſigunt, oraq; prima notant.  
Ille cadit præceps, & calce feritur aſelli:  
Inclamat ſocios, auxiliūq; rogat.  
Concurrunt ſatyri, turgentiaq; ora parentis  
Rident: percuffo claudicat ille genu.  
Ridet & ipſe deus, limūq; inducere monſtrat,  
Hic paret monitis, & limitora luto.  
Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti  
Iure repertori ſplendida mella damus.  
Fœmina cur præſtet, non eſt rationis opertæ.  
Fœmineos thyrfos concitat ille choros.  
Cur anus hoc faciat, queris: uinoſior atas  
Hæc erat, & grauidæ munera uitis amat.

Prima ora, uultum ipſum in ſuperficie. Crabrones  
ex mulis, ueſpæ ex aſinis, fuci ex equis, apes ex bubus naſcuntur  
& de his quoq; in primo. Ille, Silenus. Cadit præceps, de-  
cidit ex arbore cum capite deorſum. Et feritur calce aſelli: G  
aſellus Sileni caſu exterritus, illius genu calce percuffit. In-  
clamat ſocios, ut ei ferant opem. Et auxiliū rogat, rogando  
petit, ut ipſi ſuccurrant, quia tollere ſe humo non poterat.  
Satyri concurrunt ad clamorem Sileni. Et rident ora turgenti-  
tia, uultum iam tumefactum crabronum ſpiculis infixis. Pa-  
rentis, ipſius Sileni ſenioris. Ille, Silenus. Claudicat genu  
percuffo, quod calce percufferat aſellus. Ridet & ipſe deus,  
Bacchus. Non ſine artificio fabellas huiusmodi immiſcet poeta,  
quoniam ut in primo diximus, ſacra & feſta Bacchi ioco & ri-  
ſu abſoluebantur. ſeruat & ipſe morem in ſacrorum deſcriptio-  
ne: fabellas immiſcet, quæ riſum moueant. Et monſtrat, Baco-  
chus. Inducere limū, lutum: hoc eſt, ſuperponere ori tu men-  
ti lutum. Hic, Silenus. Paret monitis, facit quod ille monue-  
rat, & limit ora luto: ut augetet riſum, delimit ille uultum luto.  
Pater, Liber ipſe. Fruitur melle. Redit ad propoſitum, quod  
mella Baccho libantur: nam eius eſt inuentum: ideo fruitur, hoc  
eſt uſcitur melle, cuius uſum adinuenit. Iurè, merito igitur,  
Damus, offerimus. Mella ſplendida, nitentia. Infuſa libo,  
de quo agebamus. Calenti: nam tunc plus mellis haurit. Re-  
peritori, Baccho: merito liba calentia melle infuſa Libero patri H  
offeruntur, cui mellis inuentio aſignatur, & à quo libamina ipſa  
dicuntur. Fœmina: cur fœmina potius quàm mares, huius  
liborum muneri præpoſita ſit. Eamq; rationem aſſert, q. ſecum  
Bacchus

Et diſſimulat: quia uis  
debatur nō uidiſſe, ne a-  
ly quoq; aduerterent:  
Et ut piger, quia ſenex.  
Reſidebat tergo aſelli  
pandi, recurui: ſedebat  
in curuo tergo aſelli.  
Applicat hūc, aſellum.  
Vlmo & cauis cortici-  
bus: non enim deſcendit  
ex aſello, ſed cum eo ad  
ulmum acceſſit, & arbo-  
rem ipſam aſcendit. Ip-  
ſe nixus, innixus arboris  
trunco. Conſtitit ſu-  
per ramoſo ſtipite, ſu-  
per ipſo trunco. Atq;  
auidè, cum auiditate,  
Petit mella cōdita, que  
ipſe illic eſſe exiſtima-  
bat. Trunco, ipſius ula-  
mi. Coeunt crabro-  
num milia: quaſi inu-  
meri crabrones conue-  
niunt. Et deſigunt, de-  
orſum inſigunt. Spi-  
cula, aculeos. Vertice  
nudo, nudato, & dete-  
ſto Sileni capite. Et  
notant, ſignant aculeis,  
quem ſubitus tumor ſe-

**A** Bacchus puellas comites ducat thyrsum ferentes. & in Græcia in festis trietericis, & in orgijs mulieres conueniunt cum thyr-  
sis: & in choreis Bacchantes. Non est operta, sed aperta: nõ  
occulta, sed manifesta rationis. Cur præsit femina: cur fœ-  
mina sit, quæ ad liba populum uocet. Ille, Bacchus. Con-  
citatur, commouet. Thyrsus, quæ est hasta pampinis inuoluta.  
Choros fœmineos, quos secum ducit: nam ducebat mænadas, ut  
Diodor. inquit. Cur anus. Nunc illuc querit cur potius uetula,  
quàm adolescentula, id faciat: ratio est, quodd anus plus appetit

et plus uini haurit, quàm adolescentula. illa enim senilis ætas cū  
sit effæta, et parū sanguinis habeat, et ob id frigeat, uino alitur,  
calet, & uires suscipit. unde in prouerbio est, uinum esse lac se-  
num. Tu quæris cur anus, uetula. Faciat hoc, id est præsit  
libis. Hæc ætas, senilis scilicet. Erat uinosior, magis hau-  
riens uini: & sic magis ebria. Et amat munera uitis graui-  
da: amat uina & unas, quæ è grauida uite leguntur, unde uini  
exprimitur. Vitis grauide per translationem à prægnan-  
tibus: quia uitis quoque fœtum parit.

**T O.** Cur hederæ hæc cin-  
ctæ est. oportebat eandē  
anum cinctam hederæ li-  
ba populo ministrare.  
Hederæ est gratissima  
Baccho: Ouid. in 1. Tris-  
tium, Deme meis hede-  
ræ

**Cur hederæ hæc cincta est: hederæ est gratissima Bac-  
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est: (cho.  
Nysiadas nymphas, puerum quærente nouerca,  
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.**

Æurnis uerd sacris, &  
Bacchanalibus adest.  
An & hoc quoque mysti-  
cum quoddam signum  
erat, ut à thysis ac reli-  
quis bacchanationibus  
abstinerent? Nam quæ

**B** ræ Bacchicæ ferta comis. Hæc Alexander coronato exercitu  
ex India redijt, exemplo Liberi patris, ut scribit Plin. cuius Dei  
thyrsos, galeas & scuta Thraces hederæ ornabāt in solēnibus sa-  
cris: quā mirum est (ut idem inquit) ullo in honore habitū esse, cū  
serpentium frigidū sit gratissima, & inimica omnib. satis. hinc est  
& eam Plutarchus tradit hominibus inuilem esse, sterilemque, ac  
non temerè in ædibus ali innaſciq; permissam. Sciendum, apud  
Lacedæmonios simulacrum Liberi patris coli solitum, hasta in  
signe, non thyrsus, cuius mucro hederæ tegebatur, ut scribit Ma-  
crobius quod ostendebat impetus belli uinculo quodam patētē  
obligandos: habet enim hederæ uinciendi obligandiq; naturam.  
Ea in tutela Liberi esse putabatur, autore Festo: quia ut ille iu-  
uenis semper ita hæc uret: uel quia ita omnia, sicut ille mentes  
hominum, alligat. Dicta est autem hederæ, q. hæreat, uel q. edita  
petat: uel quod id cui adhaerit, edat. Bacchi simulacrū cornua  
gestabat, ut diximus, uel ut proteruitas significaretur, & contum-  
acia: uel quod (ut Diodor. scribit) ferūt Ammonē Bacchi pa-  
trem usū in bello galea, cuius insigne fuit arietis caput. Vnde &  
Bacchæ cornua sumebāt, et ceratophori dicebantur. Puerum  
quærente nouer. Hanc frondem cunis, etc. Inuone Bacchū infan-  
tem quærente, ut perderet, ferunt Iouem eum dedisse Mercurio  
deferendum ad antrum Nyse, urbis Arabiæ, cuius supra memi-  
nimus, ubi à nymphis summo studio educatus est: quas autor hic

bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint, ad hederam sta-  
tim feruntur, & abreptam manibus diuellunt, dentibus lacerant  
ut non omnino incredibilia dicere uideantur, qui afferunt hede-  
ram, quod d. spiritū habeat, quo mentes in furorē concitet, & loco  
moueat: ebrietatē absq; uino inducere, et hilares eos reddere, qui  
in furorē procliuēs fuerint, &c. Cur anus ipsa est cincta hederæ:  
cur eo die se hederæ cingit, & coronā fert ex hederæ. rationem  
mox subiūgit. Hederæ est Baccho gratissima. sed quare grati-  
sima. Nulla mora est dicere: non retardabor in dicendo hoc  
quoque cur ita sit, cur longè gratior cæteris frondibus. Ferunt,  
dicunt. Nymphas Nysiades: à Nyse urbe Arabiæ, quib. ab Io  
ue nutriendus est datus puer. Opposuisse hanc frondem cunis:  
quasi texisse cunas, ubi puer iacebat, hederæ. Quærente nouer-  
ca: dum quæreret priuignum Iuno, quæ cum perdere uolebat.  
Restat ut inueniā. Secunda pars propositi. Eo Bacchi festo men-  
se Martio, adolescentes nobilium filij, relicta prætexta, uirilem  
togam sumebant. causas eas affert, uel quod adolescens Bacchus  
fingeretur: uel quod pater dicatur, iure à patribus illi filios cō-  
mendari: uel quia Liber est. In eius festo libera accipienda to-  
ga, ut & illis liberior uita permittitur: uel quod tum maximè  
dabatur, cum rei rusticæ ueteres incūbentes urbem in festo Bac-  
chi repetebant, quo adessent, & eo die pueris toga daretur. Ver-  
rūm ut rem alius repetamus, prætexta & bulla erant illustrū  
puerorum uestes: quarū altera magistratū, altera triumphan-  
tium erat. De quo Veldius apud Theodosium hæc inquit: Tar-  
quinius Priscus, quem Lucumonem uocitatum ferūt, rex tertius  
ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphum. Quo  
bello filium suum, annos quatuordecim natum, q. hostem manu  
percusserat, & pro concione laudauit, & bulla aurea, prætex-  
taq; donauit, insigniens puerum ultra annos fortem præmijs ui-  
rilitatis & honoris. Nam sicut prætexta magistratuum, ita bul-  
la gestamen erat triumphantū, quam in triumpho præ se gere-  
bant, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inui-  
diam ualentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla  
in usum puerorum nobilium usurparentur, ad omen ac uota con-  
ciliandæ uirtutis ei similis, cui primis in annis munera ista cesa  
ferunt. Alij putant eundem Priscum, cum is statum ciuium, so-  
lertia prouidi principis ordinaret, cultum quoque ingenuo-  
rum puerorum inter præcipua duxisse: instituisseq; ut patri-  
cij bulla aurea, cum toga, cui purpura prætextitur, uteretur dum  
taxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum: cæ-  
teris autem ut prætexta tantum uterentur, indulgum. Sed usque  
ad eos quorum parentes equis stipendia iusta meruissent. Libera-  
tigrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed pos-  
tea libertinorum quoque filijs prætexta concessa est, ex causa  
tali, quam M. Lælius augur refert: qui bello Punico secundo  
diuum

**C** fabulatur opposuisse Iunoni frondem hederæ cunis infantis ac  
arbore circumseptis.  
**VL.** Cur hederæ cincta est. Querit hederæ causam, nã anus illa he-  
dæra cingitur: & mænades, et quæcūq; Baccho sacrificantes, he-  
dæra utebantur. Poeta originē moris aucupatur ab incunabilis  
Bacchi: quoniã nymphæ, quæ educabāt, tegebant cunis hederæ,  
ne puer à Iunone uideretur. Verūm pro corona Liber pater est  
usūs hederæ. ad cuius exemplū, ut inquit Plin. Alexander hederæ  
exercitu coronato uictor ex India redijt. Sed, ut Plutarchus ostē-  
dit, flaminē Dialē cōmittere piaculū, si hederæ attigisset: nec iter  
inde facere posse, ubi umbraculū aut arbutū, desuper promine-  
ret. & subdit rationes: An hoc simile ei est quod dicitur, De cur-  
ru nõ esse, phœnici nõ insidere, scopā non trāscendere: nõ q. hæc  
Pythagorici uitent, sed quod per hæc ab alijs deterreant. Nam  
quod sub uitē ingredi prohibent, ad uinū referebant: quod sacro-  
doti ebrium fieri, nefas esset. Temulentis enim uinū supra caput  
est: et deprimuntur oēs ebrij, & humiles fiunt, cū hanc ipsam uo-  
luptatē uincere oporteat, non ab ea uinci. Hederam uerd tanquā  
sterilem, hominib. inuile, & propter fragilitatē ad miniculo al-  
terius semper egentē, umbra solum ac uiriditate oculos capien-  
tem, non temerè in ædib. ali atq; innaſci permiserūt. quippe quæ  
plantes cōplexa maximè noceret, nec solo extirpari facilè pos-  
sit. quo fit, ut cælestium templis penitus amoueatur. Nec in æde  
Palladis Athenis ac Thebis quisquam facile hederam uideat. no

diuum  
E

**A** diuinos dicit ex senatusconsulto, propter multa prodigia libros Sibyllinos adisse, et inspectis his nunciasse in Capitolio supplicandum, leuissimumque ex collata stirpe faciendum, ita ut libertina quoque qua longa ueste uteretur, in eam rem pecuniam sumministraret. Ad ea igitur obsecratio est, pueris ingenuis, utque libertinis, et uirginibus patrimis, matrimisque pronunciantibus carmen. Ex quo concessum, ut libertinorum quoque filij qui ex iusta duntaxat matrefamilias nati fuissent, et togam praetextam, et lorum in collo pro bullae decore gestarent. Valerius Flaccus ait, cum pop. Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum, id accideret, quod despicerentur: anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum: euenissetque, ut Circensium die puer de caenaculo pompam superne despiceret, et patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita uidisset: qui cum rem gestam senatui nunciasset, placuisse uelari loca ea qua pompa ueberetur. atque peccata sedata, puerum qui ambiguitatem sortis absoluerat, togam et praetextam usum, munus impetrauisset. Vestis peritissimi referunt, in raptu Sabinarum, unam mulierem, nomine Herfiliam, dum adhaeret filiae, simul raptam. quam cum Romulus hosto cuidam ex agro Latino, qui in asylum eius confugerat, uirtute conspicuo uxorem dedisset: natumque ex ea puerum, antequam alia ulla Sabinarum partum ederet: eumque, quod primus esset in hostico procreatus, Hostium a matre uocatum: et eundem a Romanis bulla aurea, ac praetextae insignibus honoratum. Is enim cum raptas ad consolandum uocasset, spondidisse fertur se eius infanti, quae prima sibi ciuem Romanum esset nixa, illustre munus daturum. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, ut cordis figuram in bulla, ante pectus annecterent: quam inspicientes, ita demum se homines cogitarunt, si corde pra-

**ANTO** Quare toga libera detur, &c. Mos fuit apud Romanos, ut nobiles adolescentes in festo Liberi patris, cum aetas postulare, deposita praetexta, uirilem togam induerent: quod genus uestis a tegendo dictum, ut auctor est Varr. ueteres ad calceos usque demittebant. sicut Graeci pallium teste Quint. qui miratur scripserit Plinium, secundum Ciceronem, id facere solitum uelandarum

uaricum gratia. Fuit autem iusta togae mensura sex ulnarum, ut ait Porphyrio. quam uestem induit Vergilius, auctore Seruio, cum esset annorum sedecim. Augustus Caesar (ut ait Suetonius) liberis senatorum protinus promissit induere, ut celerius reipublicae assuescerent. Sed utebantur pueri, antequam uirilem sumerent togam, alij praetexta tantum, quae olim regum et magistratum fuit, ut Diomedes grammaticus scribit: alij toga praetexta, patricij duntaxat, atque hi quorum patres curulem magistratum gessissent, ut ait Macrobius. Id autem amicum genus, cui purpura praetextebatur, ut ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regeantur, ab Aulo Gellio toga dicitur. Virilis uero toga ideo libera dicitur (unde est illud Propertij, Ante deos libera sumpta toga) quod qui eam induissent, liberi ueretur. Statius in Syluis: Quae non corrumpit pubes effrena, nouaque Libertas properata togae. Postea uero toga in usum uenit pauperum tantum, ut quibusdam placet: quas interdum Martialis togatos uocat. et foeminae adulterij conuictae, cogebantur togatae in publicum procedere, ut scribit Porphyrio. Sumebant autem pueri togam uirilem in

starent. Togamque praetextam his additam, ut ex purpura rubore re, ingenuitatis pudore regeantur. De bulla autem Plutarchus Problemat. cur pueros monilibus, quae uocant bullas, exornant: an honoris raptarum causa, ut alia multa, sic et hoc constitutum esse uoluerunt, his quos ex eis suscepissent: an Tarquinij uirtutem honorandam putarunt? ferunt enim Tarquinium, cum puer adhuc esset, in praelio aduersus Latinos et Etruscos, in hostes impetum fecisse: cumque ex equo defluisset, excepto hostium impetu, Romanos confirmasse, hostibus in fugam conuersis. Cum plusquam sexaginta milia hostium eo praelio cecidissent, hoc a patre et rege decoris insigne accepisse. An apud maiores nostros speciosum seruum donare, turpe non existimabatur, quem admodum nunc quoque comediae testimonio sunt? Pueris autem liberis uebementius abstinebant: ac si forte accideret, ut in pueros nudos inciderent, ne ambigerent. hoc insigne liberi ferre consueuerunt. An uel ad modestiam conseruandam hoc etiam pertinet, et intemperantiae ac flagitij frenum est, cum uirum agere eos pudeat, antequam pueritiae insignia deponant. Nam quod Varr. scribit, uerisimile non est, cum Aeoles bullam bollam proferant. Hoc consulis insigne, pueros indui solere. Sed uide ne hoc quoque propter lunam ferant: nam lunae figura, cum plenilunium est, non globosa est, sed lentis formam ostendit: et quemadmodum opinatur Empedocles, illud etiam quod subiectum est, non modo quod apparet. Haec diximus de bulla et praetexta, quae ratione pueris datae, ut intelligeretur. In adolescentia uero relicta praetexta, uirilem togam sumebant. ea erat liberior uestis, pro liberiore aetate. Inde in Tristibus: Liberio fratri sumpta, mihi quoque toga. Ea scilicet ratio, quod puerilia omnia deponeret, et uirilia indueret, essetque uitae liberioris, sed ad poetam redeamus.

festo Liberi patris, ob aetatis conuenientiam, quae pueris est iam maturis togae sumenda cum hoc deo: cuius aetas media dicitur inter pueritiam et iuuentam: uel ut commendarentur a parentibus Libero, quem Romani patrem uocant, ut quos paedagogi cura destituit, numinis tutela susciperet: uel quod dicere uidebatur in festo Liberi patris sumi ab his liberam togam, quam liberioris uitae is

ter ingrederentur: uel ut adolescentium frequentia ludis Liberalibus non deesset, cum ad eos multi non religione, sed togae sumende studio conuenirent. De praetexta toga, praetexta, et bulla puero, lege Macrobij. Constat aliquando togam anno 24. sumi solitam. Media aetas: adolescentia, media inter pueritiam et iuuentam. Seu quia tu pater es. Romani auctore Macrobio, Martem ac Liberum unum eundemque deum esse uoluerunt, et utriusque patris appellatione uenerati sunt, ut diximus supra. Unde illud est, Huc pater de Lenae ueni. Seruius: Pater, inquit, licet generale sit omnium deorum, proprie tamen Libero semper cohaeret: nam Liber pater uocatur. Senator: senatores quorum manibus olim agri colebantur, sed et consules, imperatoresque idem faciebant gaudente terra: ut inquit Plinius, uomere laureato.

Restat, superest. Ut inueniam quare detur toga libera, quae ratione liberior uestis detur. Pueris, adolescentibus: non enim in puerili aetate, sed in adolescentia dabatur. O candidae Bacche tuis luciferis, tuis festis. Siue quod ipse puer, uel quod semper tu uideris adolescens. Siue quod iuuenis, ex his duabus aetatibus, hoc est puero

Restat, ut inueniam, quare toga libera detur,  
Luciferis pueris candidae Bacche tuis:  
Siue quod ipse puer semper iuuenisque uideris,  
Et media est aetas inter utrumque tibi.  
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos  
Commendant curae, numinibusque tuis.  
Siue quod es Liber, uestis quoque libera per te,  
Sumitur, & uitae liberioris iter.  
An quia cum colerent prisca studiosius agros,  
Et faceret patrio rure Senator opus.  
Et caperet fasces a curuo consul aratro,  
Nec crimen duras esset habere manus.

**A** puero & iuvene, erit adolescens: quia nec penitus puer, nec omni no iuuenis. Ideo subdit, Et media ætas est tibi inter utrumq; in ter pueritiam & iuuentã. sic erit adolescentia. Ergo quia adole scens Bacchus fingitur, in eius festo adolescenti toga datur. Seu quia tu pater es, uel quia Liber pater diceris. Patres com mendant sua pignora natos, hoc est, ipsos filios. Curæ et numi nibus tuis: tuo numini & tutelæ filij cõmendantur, iure eõ quo pa ter diceris. Siue quid es Liber: quia à libertate tu Liber dice ris, & sub tuo patricinio sunt urbes & populi, quibus tu autor es libertatis. Vestis quoq; libera, toga ipsa liberior. Sumitur per te, hoc est, per libertatẽ tuam, cui tu quidẽ præes, & sumitur iter uitæ liberioris. Nam tum primum illa ætas succumbere pæ dagogo desinit, & paternã quoq; renuit disciplinam. An quia

cum prisca, ueteres ipsi. Colerent agros studiosius, maiore dili gẽtia & cura rem rusticã exercẽt. Et senatus, ipsi senatores. Faceret opus: profcinderet terrã, effoderet, sereret. Et quod in primo lib. dixerat, Pascebatq; suas ipse senator oues. Et Plin. in quit: Et ipsorũ tunc manibus imperatorũ colebãtur agri. Rure patrio, agello paterno. Et cum cõsul caperet fasces, insignia magistratus. A curuo aratro, dum profcinderet agrũ, ut est il lud Plinij: Serentẽ inuenerunt dati honores sacrarũ, unde cognõ men aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dictaturam. Sed plura in primo libro, in eo uersu, iura dabat populo posito modõ consul aratro. Nec esset crimen, quasi non haberetur turpe. Ha bere manus duras, duratas assiduo labore agricolationis.

**T**O. Djs, non studijs: reli gioni, ac deorum cultui, non cupiditati & uolup tati. Væ commen tor. Comminisci à con et mente dictum putatur, cum ea finguntur in men te, quæ nõ sunt. Hinc est, quid cum comminiscen tes noua excogitemus et inueniamus, commentor hic pro inuatore poni tur. Quos cum tædife ra nunc habet ille dea, Cerere, cuius sacerdotes cum facib. discurrebãt, sicuti & dea fecerat, ad

**R**usticus ad ludos populus ueniebat in urbem,  
Sed djs, non studijs ille dabatur honor.  
Luce sua ludos uuæ commentor habebat,  
Quos cum tædifera nunc habet ille dea.  
Ergo ut tyronum celebrare frequentia possit,  
Visa dies dandæ non aliena togæ est.  
Mite pater caput huc, placataq; cornua uertas,  
Et des ingenio uela secunda meo.  
Itur ad Argeos (qui sunt, sua pagina dicet)  
Hac, sicut memini, præteritaq; die.  
Stella Lycaoniam uergit decliuis ad arcton  
Miluius, hæc illa nocte uidenda uenit.

non illorum causa, sed deorum immortalium cau sa exhibebantur. Com mentor uuæ, Bacchus, qui ex uuis uinum expri mere, et seruare in usum F docuit. Nam cõmentum dicimus factũ, ut in Me tamor. Commentaq; su nera narrat, id est ficta. Et cõmentum aliquem in aliquid dicimus, cum multa fingit & compo nit, quæ pertineant ad illud aperiendum & di lucidandũ. Sic commen torem uuæ, Bacchum di

filiam indagandam. Papinius: Tuq; Actæa Ceres, cursu cui sem per anbelo Votiuam taciti lassamus lampada mystæ. Huius deæ sacra Romanos Liberalibus conuinxisse, aperte quidem auctor ostendit hoc loco. Sed & Virgilius baid occulte, quãuis non in tellectus à Seruio in primo Geor. ut, Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret, Cui in lacte fauos, et miti dilue Baccho. Et laten ter Claudianus, qui Bacchum ex adytis Cereris egredientem in ducit. Bacchi nomina diuersa sunt, à græcis ac latinis deducã uo cabulis. quorũ rationem ab alijs hoc tẽpore non malè traditam, silentio præterimus. Tyronum, adolescentium, quamuis tyro est nouus miles. Itur ad Argeos. Numa Pompilius multa los ca (ut Liuius scribit) sacris faciendis dedicauit, quæ Argeos pon tifices uocabant: quos Varro dictos putat à principibus, qui cum Hercule Argiuo uenerunt Roman, & in Saturnia subfederunt, id quibus suo loco plura dicemus. Ad eos flaminica Dialis cum iret, nec capillo depexo, ut apud Aulum Gellium legitur, in his locis & decimo sexto & decimo septimo calen. Apriles Romani rem diuinam faciebant. Stella Lycaoniam uergit decliuis ad arcton Miluius. Hæc stella decimo quinto calen. Aprilis ostendis tur Italia, teste Plinio: quam quidam dicunt hoc tempore cum Li bra in ortum chronicũ tolli. Miluius autem auis (ut idem auctor scribit) è genere accipitrum est: quæ quamuis rapacissima sit, ac semper famelica, nihil tamẽ esculenti unquã rapuit ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Badè flexibus caudæ uidetur dos cuisse gubernandi artem in mari: quæ in cœlum translata (ut au ctõr hic fabulatur) uergit ad septentrionem, & in ortum fertur (ut Ouidius tradit hoc loco) decimo quinto calendas Apriles.

cemus, qui occultum in ea fructum aperuit, & rationem ostẽdit. Habebat ludos sua luce, suo die festo exhibebantur sibi ludi. Quos nunc ipse habet cum tædifera dea, qui hoc tempore sibi & Cereri simul eduntur. Prius enim soli Baccho fiebant, posteri tas illos cum Cerealibus iunxit, nec ab re, cum Dionysius secun dus Cereris filius creditus sit. Ipsaq; Ceres tædifera dicitur, quod tæda accesa filiam Proserpinam querebat. Sacerdotesq; eius tæ da quoq; sacra celebrabant, unde appellati sunt *τῆδοι*, à *τῆδος* *τῆδος*, quod est tæda, & *τῆδος* habeo. Ergo ut frequentia tyro num, ut multitudo adolescentium frequens ex agris in urbem re deunt. Possit celebrare, celebrem reddere diem. Dies, hæc scilicet, qua festum Bacchi celebratur. Non est uisa aliena, sed conueniens. Dandæ togæ, qua toga adolescenti daretur, Tyronum dixit, per translationem è nouis militibus. Ad Argeos, nouus miles, sic eos adolescentes tyrones uocat. Mite pater ca put, & c. Bacchum precatur ut faueat, quo fauente eius numine cœptum opus profciquatur. O pater: ð Liber, ð Bacche. Uertas huc, ad me. Caput mite, lene & benignum. Et cor nua placata: non tumida, non irata, sed quieta & lenia. Et des uela secunda ingenio meo. Translatio à nauigantibus. hoc est, aspirato ingenio meo, quo prospero cursu profciquar, & ad finem deducam inchoatum opus. Itur ad Argeos. Eodem die quo Bacchi sacra solennia fiunt, & die qui præcessit, itur cum pom pa ad templum Castoris & Pollucis: de quo templo diximus cir ca finem primi libri. Itur, cum põpa scilicet. Ad Argeos, ad Argeorum, hoc est Laconicorum: deorum templa. Verum & Varrone & Pompeio teste, argeos uocabant scirpeas effigies, quæ per uirgines Vestales iaciebãtur singulis annis in Tybrim, de quo dicemus in quinto libro. Et Argea, ut Pomp. asserit, loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidã Arguorum illustres uiri. Hoc autem in loco Poeta de Castore & Polluce in telligit, uel ab Argis, seu ab ipsis Argeis. Nam (ut arbitror) ipsa loca, ubi postea consecratum fuit sacellũ horum numinum, apud

**V**L. Populus rusticus, qui ruri erat. Veniebat in urbem ad ludos: diebus festis urbem repecebãt ex agris, ut ludis interesset. **D** Sed ille honor, ludorum scilicet, & solennis celebritatis. Da batur djs, non studijs: quasi celebrabãt diem festum in honorem deorum immortalium, non ad explenda desideria illorũ qui tunc in urbem redibant: etsi ueniebant ut ludos illos uiderent, tamen

**A**quam *Yuturnam*, appellata fuere *Argea*: nam ad radices *Pallantis*. Qui sunt, *Argei* scilicet. Dicit sua pagina, ubi inscripta sunt festa stata. Nam in vetustissimis monumentis inscriptio huius diei, est pompa ad templum *Castoris* & *Pollucis*, duobus continuis diebus. Sic dicit sua pagina, ubi est ea inscriptio. Et in feriis quoque repetet ipsorum deorum nomina. Itur hac die, et præterita: quia decimosextimo & decimosexto calendis April.

Sicut memini. Hoc dixit, quia erat in *Ponto*, & diu non interfuerat his festis. Ideo, sicut memoria repeto. Stella *Lycæoniæ*, &c. Ea nocte quæ sequitur, oritur *Milvus*. Et *Plinius* inquit: *Miluum* *Italiæ* ostendit decimoquinto calendis Aprilis. sic à Poeta non discrepat. Stella est in septentrionali parte cæli, cu

ANTO.

**I**ratius, *Saturnus* infestus *Ioui*, qui cum regno deiecerat. *Validos Titanas*, gigantes. *Hos* (ut ait *Seruius*) irata *Terra* aduersus deos creasse dicitur in ultionem. Vnde & *Titanes* dicti, à τῆτις, id est ab ultione. Alij aliter fabulantur. Tentat opem: ut immoletur *Taurus* monstruosus, *Terræ* filius, cuius mactator poterat uincere deos immortales lege fatorum, si adoleret eius monstru viscera. Immolat hunc *Briareus* facta ex adamante securi, Et iamiam flammis exta daturus erat. *Briareus*, qui & ipse monstrum est, monstruosum animal domuit, *Terræ* filius. Sæpe enim euenit, ut monstrum monstri opera, & impij manibus occidant impiorum. *Briareus* secundum fabulas centimanus fuit, & ipse est *Aegeon*. Est autem inenarrabilis adamantis duritia, ut ait *Plinius*, quod eius nomen ostendit, dictæ ab α particula priuatiua, & αει, quod est domo: cuius uis cum ferrum ignemque contemnat, hircino rumpitur sanguine calido & recenti. *Iuppiter* alitibus rapere imperat. Rectè dicimus, impero tibi certare, & impero te certare. Vna dies media est, & sunt sacra *Mineræ*. Decimotertio calendis Aprilis *Quinquatrus* *Mineræ* celebratur, dictæ, auctore *Festo*, quod post diem quintum iduum celebratur: ut *triatrus*, *sexatrus*, & similia. Primus enim dies *Quinquatrum*, quintus post idus inuenitur. Quintum autem dicimus, exclusis idibus non comprehensis, ut sæpe fieri consuevit. Sic *Ouidius* supra: Tertia post idus lux est celeberrima *Baccho*. Vbi nisi decimumoctauum diem mensis acceperis primum *Quinquatrum* diem, non quintum ab atro, sed quartum inuenies. *Quinque* autem diebus mos fuit *Quinquatrus* celebrari, quorum primus erat quidem expers sanguinis, quod eo die *Mineræ* natæ existimarent: reliquis uerò in arena gladiatores nudis ensibus pugnantibus. ut, hæc est armiferæ festis de quinque *Mineræ*, quæ fieri pugna prima cruenta solet. Quo tempore (ut inquit *Porphyrio*) pueri ludis insatiabiliter utebantur: & quidam, teste *Plinio*, putandas generosarum uitium pergulas tradiderunt. Sunt autem qui à quinque & atro *Quinquatrus* uolunt nomē accepisse, quod post idus inuenitur. Sed his *Auli Gellij* auctoritas reluctatur, qui docet *Quinquatrus* dictas, quod quinque ab idibus dierum numerus sit: atrox uerò nihil significare, & esse nominis

**B** iratus, *Saturnus* infestus *Ioui*, qui cum regno deiecerat. *Validos Titanas*, gigantes. *Hos* (ut ait *Seruius*) irata *Terra* aduersus deos creasse dicitur in ultionem. Vnde & *Titanes* dicti, à τῆτις, id est ab ultione. Alij aliter fabulantur. Tentat opem: ut immoletur *Taurus* monstruosus, *Terræ* filius, cuius mactator poterat uincere deos immortales lege fatorum, si adoleret eius monstru viscera. Immolat hunc *Briareus* facta ex adamante securi, Et iamiam flammis exta daturus erat. *Briareus*, qui & ipse monstrum est, monstruosum animal domuit, *Terræ* filius. Sæpe enim euenit, ut monstrum monstri opera, & impij manibus occidant impiorum. *Briareus* secundum fabulas centimanus fuit, & ipse est *Aegeon*. Est autem inenarrabilis adamantis duritia, ut ait *Plinius*, quod eius nomen ostendit, dictæ ab α particula priuatiua, & αει, quod est domo: cuius uis cum ferrum ignemque contemnat, hircino rumpitur sanguine calido & recenti. *Iuppiter* alitibus rapere imperat. Rectè dicimus, impero tibi certare, & impero te certare. Vna dies media est, & sunt sacra *Mineræ*. Decimotertio calendis Aprilis *Quinquatrus* *Mineræ* celebratur, dictæ, auctore *Festo*, quod post diem quintum iduum celebratur: ut *triatrus*, *sexatrus*, & similia. Primus enim dies *Quinquatrum*, quintus post idus inuenitur. Quintum autem dicimus, exclusis idibus non comprehensis, ut sæpe fieri consuevit. Sic *Ouidius* supra: Tertia post idus lux est celeberrima *Baccho*. Vbi nisi decimumoctauum diem mensis acceperis primum *Quinquatrum* diem, non quintum ab atro, sed quartum inuenies. *Quinque* autem diebus mos fuit *Quinquatrus* celebrari, quorum primus erat quidem expers sanguinis, quod eo die *Mineræ* natæ existimarent: reliquis uerò in arena gladiatores nudis ensibus pugnantibus. ut, hæc est armiferæ festis de quinque *Mineræ*, quæ fieri pugna prima cruenta solet. Quo tempore (ut inquit *Porphyrio*) pueri ludis insatiabiliter utebantur: & quidam, teste *Plinio*, putandas generosarum uitium pergulas tradiderunt. Sunt autem qui à quinque & atro *Quinquatrus* uolunt nomē accepisse, quod post idus inuenitur. Sed his *Auli Gellij* auctoritas reluctatur, qui docet *Quinquatrus* dictas, quod quinque ab idibus dierum numerus sit: atrox uerò nihil significare, & esse nominis

**C** uis fabula hæc refertur. *Saturno* ab *Ioue* pulso, *Titanes* *Ioui* bellum intulerunt. Pepereratque *Terra* horrendum monstrum, anteriore parte tauri, posteriore anguem: quod ita monentibus *Parcis*, *Stygiis* est aquis interclusum. Cumque fatum esset, qui beluæ adoleuisset exta, deorum imperio potiturum, *Briareus* mactauit. At *Miluius* exta *Ioui* retulit, pro quo beneficio *Iupiter* inter astra collocauit. *Miluius* stella, quem in stellam mutauit *Iupiter*. *Vergit* decliuus, prona sese inflectit. Ad arcton *Lycæoniæ*, ad uersam *Lycæonis* filiam, de qua in secundo. Hæc, stella. Venit uidentia illa nocte, quæ diem pompæ sequitur ea quidem nocte se ostendit.

Quis dederit uolucris, si uis cognoscere, cælum,  
Saturnus regnis à Ioue pulsus erat.  
Concitat iratus ualidos Titanas in arma,  
Quæque fuit fati debita, tentat opem.  
Matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus,  
Parte sui serpens posteriore fuit.  
Hunc triplici muro lucis incluserat atris,  
Parcarum monitu Styx uiolenta trium.  
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,  
Sors erat, æternos uincere posse deos.  
Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi,  
Et iamiam flammis exta daturus erat.  
Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illi  
Miluius, & meritis uenit in astra suis.  
Vna dies media est, fiunt cum sacra Mineræ,  
Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.

essent insidia, ludis annuis celebraretur. Et *Quinquatrus* quatuor uirili genere, teste *Prisciano*. Nomina quæ adiunctis quinque diebus habent. Cauendum ne putemus hoc loco errare *Nasonem*, & à doctissimorum scriptorum traditione dissentire. Non enim dicit *Quinquatrus* à quinque dierum numero appellata, quod *Mineræ* sacra diebus quinque celebrantur: sed docet, *Quinquatrus* nomine non solum hunc diem uocari, qui primus *Quinquatrum* dierum est, & quintus post idus, sed quatuor dies adiunctos. Vnde illud est *Iuuenalis*, Et totis *Quinquatris* optat. Sensus ergo est: Sacra fiunt *Mineræ*, quæ habent *Quinquatrum* nomina, quinque diebus adiunctis. Non errauit hic quidam *Iuuenalis* interpret, cuius *Deus* omnipotens miseratur: nuper enim excessit à uita. Eius uerba hæc sunt: *Quinquatrus* dies sacri *Mineræ*, qui diebus quinque celebrantur, ut *Ouidius* docet, ita appellata, quoniam quinque diebus post idus fiebant. *Varro*, quantum ex eius loco quamuis mutilato colligitur, à *Festo* atque *Aulo Gellio* non dissentit. Errore enim factum uult, ut *Quinquatrus* dictæ credantur, quod quinque dies sint. Sed ut idem inquit, quemadmodum *Sexatrus* & *Septimatrus* nomen acceperunt, non quod sex septem uel dies sint, sed quod *Sexatrus* post diem sextum idus, *Septimatrus* post septimum sint: ita *Quinquatrus* appellata est dies, quæ post diem quintum erat.

Si uis cognoscere, scire cupis. Quis dederit cælum uolucris, quis *Miluium* inter astra collocarit. *Saturnus* erat pulsus regnis à *Ioue*, *Iupiter* filius patrem regno deiecit. Inde est apud *Virgilium*: *Arma* *Iouis* fugiens, & regnis exil ademptis. *Iratius*, *Saturnus*. Concitat in arma, in bella contra *Iouem*. *Validos Titanas*, fratres suos. Sed *Poeta* intelligit de gigantibus. In subsequenti libro de *Titanibus* agemus. Et tentat opem, auxilium. Quæ fuit debita fati, quæ fatali

supplementum. Alij à quinque dierum numero *Quinquatrus*: quod *Pallas* à *Romanis* hoc tempore non uno tantum die celebratur, sed quinque conuictis. quod non placet. Scire autem debemus, non modò *Quinquatrus* dici genere fecimus. Vnde est illud *Festi*: *Minuscule* *Quinquatrus* appellabantur idus *Iuuenæ*. Et illud *Ciceronis* ad *M. Cælium*: Ita tu multo se conciones, ita molestæ *Quinquatrus* ferebantur. Sed & *Quinquatrus* neutro. *Cornelius Tacitus*: Vique *Quinquatrus*, quibus aperta

P. AUL.

**A** fatali necessitudine debeat: illi maxime, qui mōstri illius exta adoleuisset. Tentauit ergo eam opem immolationis beluæ. Fuit sauis matre terra taurus parte sui: belua quæ anteriore parte erat taurus, nata est ex terra. Per Appositionē, Monstrum mirabile, hoc est, monstrosa belua, admiratione prosequenda. Posteriore parte scilicet. Fuit serpens: incipiebat à tauro, & desinebat in anguem. Styx, inferna palus. Violenta, prospere quod est irremeabilis unda. Incluserat atris lucis, in obscuris syluis. Hunc, taurum & anguem. Triplici muro, triplici murorum ambitu. A Marone locum accepit: Mœnia lata uidet, triplici circumdata muro. Monitu trium Parcarum: ita Parcís iubentibus, quæ tres sunt, Clotho, Lachesis, Atropos. Hæc quæ dispēsant mortalia fila sorores. Erat fors, erat responsum. Vnde est, Hinc Lyciæ sortes. Qui dedisset uiscera tauri adolenda flammis: qui taurum illum mactasset, & intestina cremasset. Nam adolere interdum cremare est. ut, Verbenisq; adole pingues, & mascula thura. Posse uincere deos æternos: superare deos bello, & potiri eorum imperio. Briareus, de quo Virgilius, Et centum geminus Briareus. Et Horatius: Centimanus gigas, unus ex Terræ filijs. Immolat hunc, taurum scilicet. Securi facta ex adamante, ex lapillis inuidiabilibus: quorum (ut inquit Plinius) duritia inenarrabilis est, simulq; ignium uictrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen interpretatione græca, indomita uis accepit. Et paulo post subdit: Siquidem illa inuidia uis duarum uolentissimarum naturæ rerum, ferri ignisq; contemprix, hircino rumpitur sanguine, ac ne aliter quàm recenti calidoq; macerata, & sic quoq; multis icibus. Tunc etiam præterquam eximius incudes, mallesq; ferreos frangens. Cuius hoc ingenio, quo uic casu repertum? aut quæ fuit coniectura experiendi rem immensi secreti? & in fœdissimo animalium omnium profecto muneris talis inuentio hominis est. Nec querenda in ulla parte naturæ ratio, sed uoluntas. Ut cum fœliciter rumpere contingit, in tam paruus frangitur cristas, ut uix cerni possint. Expetuntur hæc à sculptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duritiam ex fascili cauantes. Hæc diximus, ut credatur fieri posse securim immixto adamante. Tali igitur securi Briareus beluam immolauit. Et iam erat daturus exta flammis, quasi tunc cremare uo-

lebat exta. Iupiter imperat alitibus, auibus. Rapere: imperat ut diripiant exta, antequam adoleantur ab illo. Attulit, exta scilicet illi, Ioui. Miluius, & uenit in astra suis meritis: quia eo beneficio Iupiter in astris intulit. Dicimus miluium, & miluum, quem inter accipitrum genera refert Plinius. & illud de eo inquit: Notatum in his rapacissimâ ac famelicam semper alitem nihil esculenti rapere unquam è funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara, ac ne ferentium quidem manibus, nisi lugubri municipiorum immolantium ostento. & reliqua. Ob id quidem fabulæ locus datus est, eripuisse exta ab ostentosa Briarei immolatione. Milui & ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes. Vna dies media est, & c. Decimoquarto calendæ Apriles, hoc est, decimonono die Martij, incipiunt Quinquatria Mineruæ, quinq; diebus continuis celebrantur, quæ quidem ratione multi putarunt, à quinario dierum numero Quinquatria dicta. Alij à Quinquatro die, de quo Pom. Quinquatrus festiuus dies, dictus, quod post diem quintum iduum celebraretur. ut triatrus, & sextatrus, & septematrus, & decematrus, uel decumatrus. Et Varro ait: Quinquatrus hic dies unus, ab nominis errore obseruatur, proinde ut sint quinq; dictus. Et ut ab Tusculanis post diem sextum iduum similiter uocatur sextatrus, & post diem septimum septimatrus. sic hic, quod erat post diem quintum, quinquatrus. Hæc Varro. At ille fuit error, cum numeretur ab idibus: quandoquidem numerari debuit ab atro, hoc est, ab idium postridiano. Verum hæc Quinquatria festiua Poeta ita dicta ostendit à quinq; diebus iudis. Primo enim die fiebant sacrificia, tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat lustratio tubarum sonitu, & sacrificia quoq; fiebant. Secundus quinquatrum dies, & primus gladiatorie pugne clarus est ortu ipsius Nasonis: eo enim die natus est. Nam ut in quarto Tristium inquit, de natali suo & fratris intel ligens: Lucifer amborum natalibus affuit idem, Vna celebrata est per duo liba dies. Hæc est armiferæ de festis quinq; Mineruæ, quæ fieri pugna prima cruenta solet. Vna est dies media. Inter ortum Milui, & primum diem Quinquatriorum, una interponitur dies, & sic significat 24. diē mensis. Et sunt sacra Mineruæ, sacrificia Palladi. Et habet nomina quinq; diebus adiūctis: nam quinquatria dicta, ab ipso quinario dierum numero:

**T O .** Altera tresq; super,  
**C** & c. Sternebatur arena in theatro, ubi gladiatores pugnabāt, necnon & alibi. Vnde per arenam theatrum accipimus, uel alia loca, ubi eiusmodi spectacula exhibebantur. Ensis exercit, expeditis & euaginatiss ensibus. Est autem exercit participium, à passio eius uerbi, quod est exero. Qui bene placit

Sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro:  
Causa, quod est illa nata Minerua die.  
Altera tresq; super strata celebrantur arena,  
Ensis exercit bellica læta dea est.  
Pallada nunc pueri, teneræq; ornate puellæ:  
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.  
Pallade placata, lanam mollire puellæ  
Discant, & plenas exonerare colos.  
Illa etiam stantes radio percurrere telas  
Erudit, & rarum pectine densat opus.

carit Pallada, doctus erit: quia Pallas & bello præest, ut Mars: ac Bellona dicitur, & est artium dea. Poterit & rei bellicæ scientiam præstare, & artium quibus in pace utimur. Lanam mollire puellæ discant: conciliata dea lamificij, artiumq; omnium, & prudentiæ: quam Metapontini (teste Iustino) pannificijs aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerua & bellorum dea, & prudentiæ, quia uires sine prudentia (ut inquit Porphyrio) non tantum uane sunt, uerum etiã sibi aduersariæ. Eadem arcibus præesse dicitur, quia fertur nata è Iouis capite. Stantes radio percurrere telas. Radius instrumentum est, quo subtegmen stamini à textoribus interponitur. Est & uirga, quæ geo-

metræ interdum lineas ducunt. Stantes autem dicit, quia stamen à stando nomen accepit, ut autor est Varro: qui etiam scribit subtegmen dictū, quod subit stamini. Id et tramā uocant quamuis idem Varro uestimenti genus tramam esse doceat, dicti quod id frigus tranet: densumq; à dentibus, pectinis nominatum ostēdat, quibus feritur.

Prima dies uacat sanguine: non effunditur primo die sanguis, quia abstinent eo die à pugna gladiatores. Nec fas, non licet. Concurrere, congregari & confligere. Ferro, armis. Causa, quare non concurritur. Quod Minerua est nata illa die, putabant eo die è Iouis uertice natā Mineruam. Altera tresq; super, quatuor sequentes dies. Celebrantur, à gladiatoribus ipsis. Arena strata: arena theatri, quæ sternebatur cum digladiandum erat, & alijs quoq; spectaculis. Vnde apud Iuuenalem; Et latum media sulcum deducit arena. Dea bellica, Pallas quæ bellis præest. Est læta ensibus exercit, experimento & exercitatione ensium in theatro. Pallada nunc, & c. Hortatur

**P A V L .**

A unumquemque uel literis, uel alijs quibuscumque artibus deditum, ut festa celebrent, & placent Pallada pueri, quo literarum studio proficiant: puella, quo lanificio. & sic in ceteris. O pueri, & tenera puella, ornate: colite & celebrate. Pallada, Palladis numen. Qui bene placauit Pallada: qui sacrificijs placauerit, & propitium sibi fecerit Palladis numen. Erit donus, quamcumque scilicet uoluerit artem. Puella discant molli lanam, quasi exercere lanificium. Pallade placata: sacrificio scilicet, & donis, & precibus. nam ea est lanificij dea.

ANTO.

Qui maculas læsis de uestib. aufers. Fullonem dicit, qui à Græcis gnaphæus uocatur. Artem fulloniam Nicias Megarensis inuenit, teste Plinio. Velleribus quisquis abena paras. Suedet his qui lanas tingere consueverunt, ut Palladem colant.

B Vincula plantæ, calceos quibus pedes uinciuntur. Eorum sutores nō sunt proprie cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eorum est, qui artificium lustralium queritant, ut uocabulum ostendit: accipiturque interdum pro humili ac plebeio. Iuuenalis: Postquam cerdonibus esse timendus Cæperat. Sit Ficio doctior ille licet. Ficum quidam existimant fuisse Ouidij temporibus præclarum artificem calceorum. Nobis placet Tychio legi, qui ab Homero nobilitatis est in septimo Iliados. Is cerdo excellentissimus multa fabricauit, & præcipue scutum Aiack, Antiquo manibus collatus Epeo. Hic dicitur inuenisse ad Troiam equum, qui in muralib. machinis aries uocatur. Fuitque fabricator Epeus, quod Metapontini testantur, qui in templo Minerue ferramenta, quibus is equum Troianum fabricauit, ostentant, ut scribit Iustinus.

Legimus enim in uita Sertory, Troiam ter captam esse: primum ab Hercule, ob Laomedontis equos: deinde per ligneum equum, ab Agamemnone: tertio à Charidemo duce, propter equum qui in porta consistens, illensibus eam claudere uolentibus impedimento fuit. Vos quoque Phæbea morbos qui pellitis arte. Medicos dicit, quorum artis inuentorem alij Apollinem fuisse dicunt, ut inuentum medicinae meum. Alij Arabum Babylonis & Apollinis filium. Aegyptij eam apud ipsos repertam uolunt, ut Plinius scribit. Munera de nostris pauca referte dea. Sensus est: Offerte Palladi munus aliquod, ex his quæ à nobis accipitis. Sensus fraudata magistris: quia sæpe discipuli non rectè intelligunt quæ magister sentit & docet. Quique moues cælum. Et astrologum accipere possumus, & sculptorem. Se magis placet astrologum accipi, quoniam auctor subiungit. Quique facis doctæ mollia saxa manu. Mollia saxa. Sic & Virgilius in sexto Aeneidos, Excudent alij spirantia mollius æra. Facit enim sculptor egregius, ut æra & saxa mollissima uideantur. Horatius: Et molles imitabitur ære capillos.

PAVL.

Cole hanc Pallada. Qui aufers, auferre uoles, aut soles. Maculas de uestibus læsis, infectis: id est, colite eam fullones, qui uestes & pannos ab omni macula expurgatis. Cole hanc, Pallada. Quisquis paras abena, uasa ærea. Virgilius, Litto re abena locant. Velleribus: quisquis pro tingendis, aut precioso liquore inficiendis pannis uasa paras, sacrificijs placato Pallada. Verum ut Plinius inquit, qui ex Italia infecere lanas,

Et exornare plenas colos, nere lanam. Tunc enim exornantur coli, cum filantur pensa. Illa etiam erudit, instruit & docet.

Percurrere telas stantes: firmè mæentes. Radiorum quasi docet texere pannum, cum tenta in longum fila percurrentur radio, qui cum alio filo interjicitur: deinde pectine pendenti, ad coniungenda densandaque fila ipsa uerberantur. Ideo hic, Et densat, densare docet. Opus, ipsum pannum, nam quod rarum est, spissum facit inculcando.

Pectine, pectinis percussione.

Hanc cole, qui maculas læsis de uestibus aufers:  
Hanc cole, uelleribus quisquis abena paras.  
Nec quisquam inuita faciet bene uincula plantæ  
Pallade, sit Tychio doctior ille licet.  
Et licet antiquo manibus collatus Epeo  
Sit prior, inuita Pallade mancus erit.  
Vos quoque, Phæbea morbos qui pellitis arte,  
Munera de uestris pauca referte deæ.  
Nec uos turba feri sensu fraudata magistris  
Spernite, discipulos attrahit illa nouos.  
Quique moues cælum, tabulamque coloribus uris,  
Quique facis doctæ mollia saxa manu.  
Mille dea est operum, certè dea carminis illa est:  
Si mereor, studijs adsit amica meis.

Sardi textilia, fufum in lanificio Clestor filius Arachnes inuenit, lincum & retia Arachne fulloniam artem Nicias Megarensis. Nec quisquam faciet bene uincula plantæ, nemo poterit bene facere calceos. Ea enim sunt plantarum uincula, à uinciendo dida, quia pedes uinciunt. Inuita Pallade, quasi nisi Pallas fauerit, nam si illa aduersa repugnat, frustra laborauerit cerdo. Sit licet ille doctior Titio, etiam si esset in ea arte cerdonum em

nium præstantissimus. Aliqui legunt, Sit Batio doctior, ex eo quod Plinius dicit Batium inuenisse sutinam: Alij legunt Pythio, quod qua ratione dicant, nescio, nisi referant ad Apollinem sandalarium. Ego autem legi, & qui me secuti sunt, idem fecere, Sit Titio: propterea quod apud Porphyrium legimus, Titium quandam fuisse optimum calceorum magistrum. Ergo si sit ille Titio doctior, inuita Pallade calceos non bene consuet. Et licet antiquo, &c. Si quis fabrilis arte, aut architectura præstans, Epeum architectum equi Troiani superaret, si Pallas irata sit, exercere artem non poterit. Et collatus, qui conferretur antiquo Epeo. Sit licet prior, quamuis esset superior in peritia architecturæ. Epeus enim fuit fabricator equi Troiani. Virgilius, Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. Et Cicero quoque, asserit. Plinius uerò inquit, Epeum inuenisse equum ad Troiam, qui nunc aries appellatur in muralibus machinis. Erit mancus: quasi manuum ope carès, aut imminutus, ut exercere suum munus nequeat. Irata Pallade si illa irata sit. Ergo id agendum, ut placata sit. Vos quoque, Phæbea, &c. Vos etiam medici libate Palladi, ut medendi arte præstare possitis. Qui pellitis morbos: qui curatis ægrotos, & ab his morbos auertitis. Arte Phæbea, arte Apollinea. Nam Apollo medicæ artis repertor traditur. Sed de hoc in primo dictum. Referte pauca munera deæ, libate & offerte dona Palladi. De uestris, muneribus scilicet.

Nec uos turba, scholasticorum scilicet. Pro his enim dictum est, qui sub feris magistris nihil profecerunt. Fraudata, decepta. Sensus: sententia, & peruersa rerum intelligentia. Magistris feris: à feris minimè differētis, indocti & inculti, sine ullis moribus. Aut feris: crudelis, qui nimium discipulos cædat, quod alienum debet esse à liberis & bonæ indolis. Spernite: nolite uos spernari & contemnere numen Palladis. Attrahit, ad se trahit illa. Nouos discipulos: quia præest studijs literarum, & ingenijs fauet. Quique moues cælum. Alij ita dicunt: Nec spernas Pallada tu astrologe, qui cæli motus perscrutaris. Alij, quoniam subsequenter de pictoribus agit, pro sculptoribus dictum putant præsertim cum cælum sculptoribus instrumentum sit, ut illud, Cælo fabricata Myronis.

Verum

**A** Verum quia subdit postea de statuarijs, ad astrologos referrem. Et qui uris tabulam coloribus: hoc est, qui istis coloribus tabulam pingis. nam magna pars colorum ex adusta materia fit. de quo latè disputat Plin. lib. 40. Et qui facis saxa mollia docta manu: uos statuarij, qui dura saxa in quamcunq; uultis formam uertitis. ideo mollia dixit, quod ad summum artificium refertur: præsertim cum & minima quæq; lineamenta, & tenuia in maio

ribus referant. Ad id enim respexit, cum & Maro dixit: Excudent alij spirantia mollius æra. & Mart. Molles laudentur bonores. Ergo uos omnes colite Pallada, & illi offerte munera. Mille dea est operum: præest multis artibus & officijs, & operibus. Certè illa est dea carminis: quasi præest & illa poetis scribentibus carmina. Si mereor, adsit amica studijs meis: fauceat mihi, & studio meo, si dignus uideor, cui illa fauceat.

**T**O. Cælius ex alto quàm mons descendit in æquum.

Cælius ex alto quàm mons descendit in æquum,

Hic ubi non planè est, sed propè plana uia,

Parua licet uideas captæ delubra Mineruæ,

Quæ dea natali cœpit habere suo.

Nominis in dubio causa est. capitale uocamus,

Ingenium solers, ingeniosa dea est.

Aut quia de capitis fertur sine matre paterni

Vertice cum clypeo profiluisse suo?

Aut, quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis

Venit, & hoc ipsum littera prima docet?

An quòd habet legem capitis, quæ pendere pœnas,

Ex illo iubeat furta reperta loco:

A quacunq; trahis ratione uocabula Pallas,

Pro ducibus nostris ægida semper habe.

mè constitutum. Licet, quamuis. Videas parua delubra, templa. Mineruæ captæ, sub appellatione captæ Palladis consecrata. Quàm mons Cælius: de quo superius diximus in hoc libro. Descendit ex alto in æquum: quasi uerò git ex summitate in planum. Hic ubi uia non est plana: non est omnis no plana, sed in ipso montis cliuo. Sed prope, quasi. Plana: & locum indicat prope radices. Quæ, tēpla. Dea, Pallas. Cœpit habere suo

natali: non ab initio, ex quo nata est: sed ea die mensis Martij, qua olim nata est, hoc est ipso die quinquatro. ut paulo superius, Causa quòd est illa nata Minerua die. Causa nominis est in dubio: licet tu uideas templa, tamen causa, cur capta Minerua dicatur, dubia est. Vocamus capitale ingenium solers: diligens ingenium, capitale dicitur, quia in capite sedem habeat, ubi est ipsa mens, & memoria. ingeniosa dea est: nam & ingenio ualet, & ingenijs præest: ideo à capitali ingenio capta Minerua dici potuit. Aut quia fertur, dicitur. Profiluisse, saltu prodisse. Vertice paterni capitis, è cerebro Iouis, quod in summo capite est. Sine matre, sine usu matris. Cum clypeo suo, cum ægide sua. Nam ægis pro scuto accipi potest, ea ratione, quòd scuta caprino corio decocto tegebantur. & ægea capra dicitur. Verum, ut fertur, Amaltheæ capræ mortuæ Iupiter corium detraxit, Mineruæq; custodiendum dedit, quo illa scutum texit. inde dicunt fuisse ægidis appellationem. Sed Honoratus inquit, ægida munimentum pectoris esse, habens in medio Gorgonis caput. Romæ tamen est simulacrum Palladis, tam in pectore, quam in scuto caput Gorgonis habens. Et Higinius testatur caput illud in pectore habere. At quia cum clypeo profiliit è capite, capra dicta. Clypeus, scutum. à γλῶσσα deductum, quod est sculpo. nam ibi imagines sculpebantur. Vnde Plinius: Scutis enim quilibet apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines: unde nomen habuerunt clypeorum: non, ut peruersa grammaticorum subtilitas uoluit, à cluendo deduci. cluere enim pugnare est.

Aut quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis Venit, & hoc ipsum littera prima docet. uel quia simulacrum eius subactis Romano imperio Phaliscis, tanquam captiuum mancipium aduectum est, & inde capta Minerua dicta. Aut quia uenit ad nos, in urbem. Captiua, imago tanquam captiua delata. Perdomitis Phaliscis, cum uicti subactiq; essent Phalisci: de quibus primo libro diximus. Et hoc signo, hac nota, captiue scilicet. Docet prima littera. nam c. inde capta à captiua dicta, aut à captis Phaliscis. An quòd habet legem captis, quæ pendere pœnas Ex illo iubeat, & c. Vltima causa, quòd capite luitur furtum in eius templo commissum, seu receptum ex eodem. Inde est & Capital facinus, ut Pomp. inquit, quod capitis pœna luitur.

D 3 & eodem

Aedes Mineruæ captæ fuit ad radices montis Cælij: sic dicta uel ob eius ingenium, quod capitale, id est solers creditur: uel quòd uictis Faliscis imago eius captiua Romam trās lata est: uel quòd ex hac æde quicum que deprehēdebat furto aliquid abstulisse, capitis pœnas pendere lege cogebatur: uel quòd de capite Iouis nata dicitur, tempore quo Pindarus ex fabula auro inquit pluisse in insulam Rhodon. Licet quiddam uoluerint, teste Herodoto, Mineruam esse Neptuni ac paludis Tritonidis filia. Vnde Tritogenia, siue Tritonia dicta est, auctore Laetantio grammatico. Alij tamen Tritoniam dictam putant, quia cum sit dea sapientiæ, in partes tres diuiditur: intelligentiam præsentium, prouidentiam futurorum, ac memoriam præteritorum. Festus Tritogeniam dictam tradit à ripa Tritonis fluminis, quòd ibi primitus uisa sit. Diodorus uero Cretæ fluiuium inquit esse Tritonem, ubi Minerua orta est, quam deam & Alalcomentiam dixerunt, ut ait Strabo, ab Alalcomenis oppido, ubi quidam eam natam uoluerunt. Fingitur autem nata de Iouis capite, uel quia nature ratione prudentia omnis in capite est: uel quia uirtus solis humanis mentibus prudentiam ministrans, quam per Mineruam accipimus, ut scripsit Porphyrus. teste Macrobio, edita est de summa ætheris parte: ac nulla rerum corporearum admixtione ab ipso Ioue. id est, à Deo intellectum accipimus. Cicero auctor est quinque Mineruas fuisse: quarum tertiam è Ioue tantum genitam refert: qui cum Iunonem uxorem suam sterilem intueretur, concusso capite Mineruam dicitur edidisse. Natali suo, primo quinquatru die, quo deam natam uolunt. Cum clypeo suo: ut intelligas Palladem etiam bellis præesse. Horat. Proximos illi tamen occupauit Pallas honores prælijs audax. Significat autem ægida, quæ uis & sit ægis eius pectoris munimentum. Signo, nota Cliteara, quæ in principio est & Captiua & Capite. Furta. Figuratiè furta, pro furibus ac sacrilegis ponit.

Aut quia de capitis fertur sine matre paterni

Vertice cum clypeo profiluisse suo?

Aut, quia perdomitis ad nos captiua Phaliscis

Venit, & hoc ipsum littera prima docet?

An quòd habet legem capitis, quæ pendere pœnas,

Ex illo iubeat furta reperta loco:

A quacunq; trahis ratione uocabula Pallas,

Pro ducibus nostris ægida semper habe.

Cælius ex alto. In Cælio monte apud radices templum erat Palladis captæ: quod illi consecratum est suo natali, hoc est primo quinquatru die. Bo enim nata est, ut diximus. Sed cur capta dicatur, aucupatur quatuor causas. Prima, uel quia dea ingeniorum est, & ingenium est in capite: uel quòd è capite Iouis exilierit, & à capite capta dicatur: aut quia eius simulacrum è captis Phaliscis Romam aduectum est: aut quia capite plectatur, qui ex eius templo quid surripiat. Bgo autem nisi à detracta

toribus læse maiestatis arguerer, dicerem captam Mineruam, quod illi eo die, eo in loco legitime constituto, autoritate senatus à pontificibus consecrato, potissimum sacrificetur. Nam Pompeio Festo teste, captum locum dicimus, ad sacrificandum legitime

AVL. Cælius ex alto. In Cælio monte apud radices templum erat Palladis captæ: quod illi consecratum est suo natali, hoc est primo quinquatru die. Bo enim nata est, ut diximus. Sed cur capta dicatur, aucupatur quatuor causas. Prima, uel quia dea ingeniorum est, & ingenium est in capite: uel quòd è capite Iouis exilierit, & à capite capta dicatur: aut quia eius simulacrum è captis Phaliscis Romam aduectum est: aut quia capite plectatur, qui ex eius templo quid surripiat. Bgo autem nisi à detracta

toribus læse maiestatis arguerer, dicerem captam Mineruam, quod illi eo die, eo in loco legitime constituto, autoritate senatus à pontificibus consecrato, potissimum sacrificetur. Nam Pompeio Festo teste, captum locum dicimus, ad sacrificandum legitime

**A** eodem teste, Capitulis lucus, ubi si quid uiolatum est, caput uiolatoris expiatur. An, capta scilicet Minerva dicitur. Quod habet legem capitis, quæ capite pleat. Quæ, lex. Iu- bet furta recepta eo loco, fures qui inde aliquid receperint, uel surripuerint. Pendere pœnas, dare pœnas sacrilegij, & sic capite pleat. Furtum, ut iuriconsulto placet, est contrectatio rei

**ANTO** Tubam lustrare ca-  
noram. Sunt qui legant,  
Tuba lustrare canora:  
existimantes, consueu-  
se Romanos hoc tempo-  
re tubarum cætu lustra-  
re uniuersam ciuitatem,

ultimo uidelicet quinquatrium die: quod quidam non indocti o-  
lim nobis pueris tradiderunt. nos autem legendum esse non du-  
bitamus, Tubam lustrare canoram. quamuis enim lustrarentur  
& alij temporibus tubæ, è uerbis Festi Pompeij colligitur, qui  
ait Tubilustria, dies uocari, in quibus agna tubas lustrabant. ubi  
si de ultimo Quinquatrium die loqueretur, non dies, sed diem di-  
ceret. tamen & hoc tempore sacrorum tubæ in atrio sutorio lus-  
trabantur. Lege Varronem, quem uidebis quinquatrium tubilu-  
strium sine medio coniunxisse. Nouimus autem mortuos ad tubam  
deduci consueuisse, autore Seruio, cum iuberet religio (teste La-

**B** stantio Grammatico) ut maioribus tuba, minoribus tibia cane-  
retur. Quare tubarum lustratio necessaria uidebatur. Sunt &  
qui putent Armilustrium hic accipi oportere: quod non placet,  
id est festum quo res diuinas armati faciebant, dum sacrificarent  
tubis canentes. Sanè tubæ interdum cornua uocantur: quia quæ  
nunc ex ære sunt, fiebant ex cornu bubulo. Vergil. Rauco stre-  
pauerunt cornua cantu. Hic here Phrixæ uellera presit ouis.  
Heri & here idem est. Iuuenalis: Res hodie minor est here  
quàm fuit. Donatus auctor est, non dubitasse antiquos propter co-  
gnationem e & i uerbarum here & heri, item mane & mani,  
uespere & uespera dicere. Tu autem lector caue ne heri aduer-  
bium hoc loco te fallat, & ducat in deuia. Non enim accipe-  
re debemus diem qui tubilustrium antecedit, hoc est penulti-  
mum Quinquatrium diem, qui est decimo Calendis Aprilis: sed  
qui est ante ipsas Quinquatrus, hoc est diem decimumnonum  
huius mensis. Si enim putares fieri posse, ut penultimo Quin-

**C** quatrium die, id est, decimo Calendis Aprilis Sol in Arietem  
transitum faceret, quem supra legimus decimotertio Calendis  
Martias inisse Piscium signum: proculdubio fatereris Solem  
quinque ac triginta dies ferè in Piscibus absumpsisse: quod si ef-  
fset, solstitialis annus constaret diebus penè uiginti, supra qua-  
dringentos, cum & reliquis signis zodiaci nullum non tantum-  
dem sibi temporis uendicaret. Dicendum igitur est, decimotes-  
tio Calendis Aprilis Solem transire in Arietis signum, quæ  
pars zodiaci ad naturam Solis refertur, ut Macrobius scribit.  
Aries enim, qui à Græcis ægæus dicitur, per sex menses hyberna-  
les sinistro incubat lateri ab æquinoctio uerno super dextrum la-  
tus, sicut & Sol ab eodem tempore dextrum hemisphærium, re-  
liquo ambit sinistrum. Constat autem hoc signum stellis septen-  
decim. quod unà cum Sagittario Cleostratus primum intellexis-  
se dicitur: qui percepit & cætera signa zodiaci primum om-  
nium, autore Plinio. Fabulantur nonnulli, Arietem qui traie-  
cit Phrixum, hunc esse qui inter signa primum obtinet locum.  
Alij translatum in cælum uolunt Arietem, qui Baccho exerci-  
tum ducenti per exusta Libyæ fontem monstrauit. Est sanè A-  
ries calidus & humidus: qui cum Solem recepit, incipit

**D** fieri generatio. Vnde inter signa zodiaci meruit princî-  
patum.

**PAVL.** Summa dies, ultima dies. ut in Heroid. Hæc tibi prima dies,  
hæc tibi summa fuit. id est, ultima. E' quinq; diebus scilicet.

Summa dies è quinq; tubam lustrare canoram  
Admonet, & forti sacrificare deæ.  
Nunc potes ad solem sublato dicere uultu,  
Hic here Phrixæ uellera pressit ouis.

alienæ, inuito domino. O' Pallas à quacunque ratione, à qua-  
cunque causa. Trabas uocabula, dicaris Minerva capta.  
Habe ægida, habes & paratum teneas clypeum tuum. Pro-  
ducibus nostris, pro salute ducum nostrorum, Tibe-  
rij, & Germanici, quasi protegas  
semper eos.

Admonet lustrare, cir-  
cuire, & expurgare po-  
puli. Tuba canora, re-  
sonati. Et sacrificare  
deæ forti, Palladi armo-  
rum presidi. Nunc  
potes ad solem. Vndeci-

mo Calendis April. Sol relictis Piscibus. init Arietem, qui qui-  
dem aurum uellus habuisse dicitur. Eò Phrixus in Colchos  
delatus est. Athamas enim Thebanus Phrixum & Hellem ge-  
nuit ex Neiphyle coniuge: qua sublata, Ino Cadmi filia uxor  
adducta est: quæ cum nouercali odio priuignos insectaretur, to-  
sta femina, ne nascerentur, agricolis dabat. Sequuta est annonæ  
caritas. Missum est Delphos ad oraculum, ad petendam opem:  
qui accesserat, corruptus, retulit Phrixum & Hellem immola-  
ri debere. cum quæ ad aram mandandi uelati constitissent, à Nei-  
phyle matre superinducta nube rapti sunt. datus aries, quo fuge-  
rent. Helle in mare decidit, & ab ea Hellepontus dicitur: sed à  
Neptuno comprehensa, Pæona procreasse fertur. Nonnulli  
Oedonum dixerunt. Phrixum præterea incolumem ad Aetiam  
peruenisse uolunt, & arietem Ioui immolasse, pellem in tem-  
plo fixisse, & Arietis ipsius effigiem ab Ioue inter sidera con-  
stitutam. Bratostrhenes ait Arietem ipsum sibi pellem auream  
destraxisse, & Phrixo memorie causa dedisse, & ipsum ad  
sidera peruenisse. alij aliter dicunt: quorum opiniones ab Hy-  
ginio referuntur. Hermippus ait Liberum oppugnantem Afri-  
cam, deuenisse in eum locum, qui à puluere Hammodis dicitur  
est. cum in discrimine esset, & aquarum penuria, & ob id de-  
fectione militum, aries quidem errans ad milites peruenit: quos  
cum uidisset, cepit fugere. Milites prædam petentes sequi ce-  
perunt, usque ad eum locum, qui postea constituto templo, Iouis  
Hammonis est appellatus, ibi Arietem nusquam inuenere-  
runt: sed quod magis erat optandum, aquæ magnam copiam na-  
di sunt. corporibus quæ recuperatis, Libero statim nunciave-  
runt: qui gauisus, eò exercitum deduxit: & Iouis Hammonis  
templum, cum Arietis cornibus simulacro facto, constituit.  
Arietem inter sidera figurauit. Ita ut cum Sol in eius foret si-  
gno, omnia nascentia recrearentur: hac de causa, quod illius  
fuga Liber recreauit exercitum, duodecim quæ signorum prin-  
cipem esse uoluit. Adducitur & alia fabula de Hamnone qua-  
dam, qui pecorum multitudinem ad Liberum adduxerit. & ob  
id illi dedisse agrum contra Thebas Aegyptias: & Hammonis  
simulacra instituta capite cornuto, ut homines memoria tene-  
ant, eum primum pecus ostendisse. Arietem memorie causa in-  
ter sidera fixum dicunt, qui quidem in æquinoctiali circulo con-  
sistens, caput ad exortum habens, uersus occidentem primis pedibus,  
& exoriens caput infra triangulum, quod Deltoton uocant,  
tenens collocatum, pedibus propè contingens caput pistricis.  
Poeta nunc fabulam ipsam refert, quam aperte loco retuli-  
mus Inus, scilicet nouercæ Phrixæ: quæ cum aperte fabula  
uideatur, princeps tamen astrologorum Ioannes Germanus fa-  
miliarissimus noster, omnia ad effectus ipsius arietis refert. id fa-  
cit in omnibus signis, ut non sine causa à poetis ficta esse uidean-  
tur, quæcunque de his fabulosa referuntur. Nunc, in hoc ul-  
timo die Quinquatrium. Potes, tu ð Germanice. Subla-  
to, eleuato. Vultu, ad solem dicere. Hic, sol. Here: pro  
heri. ut apud Iuuenal. Res hodie minor est here quàm fuit.

Presit,

**A** **Presit, premere incepit.** Vellera ouis Phrixæ, uellera arietis, qui Phrixum in Colchos tulit: non enim fuit ouis, sed aries. Ergo cum heri dicat, & meminerit ultimæ dici quinquaginta, debemus intelligere penultimum diem ipsorum festorum.

fic erit undecimo Calendas April. hoc est uicesimo secundo die Martij. Herba sustulerat nullas comas: quasi nulla herba ex frumenti semine cruperat è terra. Vt solet, surgere scilicet ex omni semine.

**NTO.** **lerate fraude nouerca,** Sustulerat nullas ut solet herba comas.

**Seminibus tostis sceleratæ fraude nouercæ,**  
**Sustulerat nullas ut solet herba comas.**  
**Mittitur ad Tripodas certa qui sorte reportet,**  
**Quam sterili terræ Delphicus edat opem.**  
**Hic quoq; corruptus cum semine nunciat Helles,**  
**Et iuuenis Phrixi funera sorte peti.**  
**Vsq; recusantem ciues, & tempus, & Ino**  
**Compuerant regem iussa nefanda pati:**  
**Et soror, & Phrixus uelati tempora uittis**  
**Stant simul ante aras, iunctaq; fata gemunt.**  
**Aspicit hos ut fortè pependerit æthere mater,**  
**Et ferit attonita pectora nuda manu:**  
**Inq; draconigenam nimbis comitantibus urbem**  
**Desilit, & natos eripit inde suos.**  
**Vtq; fugam capiant, aries nitidissimus auro**  
**Traditur, ille uehit per freta longa duos.**  
**Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra**  
**Fœmina, cum de se nomina fecit aquæ.**

nis, quibus superpositæ Phœbades uaticinabantur: unde apud Lucanum in quinto: Sensit tripodas cessare furens Appius. & postea: Tandem conterrita uirgo, Confugit ad Tripodas. & paulopost: Custodes Tripodes fatorum, arcanaq; mundi: Tuq; potens ueri pœan. & paulopost: Et ad Phœbi tripodas rediere futura. Qui reportet certa sorte, certo oraculo seu responso, ut paulo superius dictum in eo uersu: Sors erat, æternos uinere posse deos. Quam opem, quod auxilium. Delphicus, Apollo Delphus, q sunt ad australe latus Parnasi. Edat,

Ino Cadmi filia, ut diximus supra, et uxor Athamatis regis Thebarum priuignis exitium parans, egit cum matronis ut frumenta serenda torreret. Eadem Liberi patris nutrix fuisse dicitur, ut meminit Statius in Syluis: qui Deus cum Phrixo & Helle insaniam obiecisset, & illi in sylua errarent, exhibitus eis est à matre Nephele, que uisita à Grecis dicitur, aries aureo uellere insignis: que cum ascendissent, aries eos in pelagus detulit. Helle lapsa nomen ponto dedit, quem dicimus Hellepontum.

Phrixus in Colchos ad regem Aëcete transit, ibiq; arietem, ut mater præceperat, immolauit, pellemq; auream Maris templo dicauit: quâ Iason cum Argonautis petiisse dicitur: quamuis nonnulli scribant, eam esse in Orchomeno, quod oppidum est Bœotia, ex quo Minyorum familia in Thesaliam commigravit, à quibus Argonautæ Minyæ sunt appellati. Orpheus autor est, Argonautas fuisse quatuor & quadraginta, quos alij quinquaginta fuisse dicunt, alij sexaginta. Multa hoc loco ex fabulis referre possumus: que cum sint penè omnibus nota, libet silentio paterire. Ad Tripodas. Quod Greci tripus dicunt, nos dicimus tripos (que mensa præmium uirorum forium fuit, ut quibusdam placet) propter terij pedis adminiculum, quasi illi non bipedes, sed tripedes fuerint: quod nobis compertum non est. Erant autem tripodæ (autore Seruio) mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades uaticinabantur. Corruptus cum semine: à nouerca Phrixi & Helles corruptus, quemadmodum & ipsa per matronis frumenta serenda corruerat. Ciues, Thebani, quibus fames tantum præstabat audaciæ, ut regem contemnerent: quia nescit plebs ieiuna timere. Compuerant regem iussa nefanda pati. Cogebatur rex Athamas filios immolare, quod ita iussisse putabatur oraculum. Ut fortè pependerit æthere mater. Quia Nephele ipsa, est nebula, nam & uisq; nubes, & uisq; a, ut diximus, nebula est. Draconigenam urbem, Thebas: ob draconem à Cadmo interfectum, è cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo urbi ædificandæ. ut: Hos habuit comites operis Sidonius hospes, Cum posuit iussam Phœbæis sortibus urbem. Nimbis comitantibus: quia nimbi, siue imbres à nubibus fiunt, rectè Nephele comitantur. Per freta longa, Hellepontum: ut, Longi deus Helleponti. Eius longitudo est à Tenedo in Propontidem.

Sterili terræ, ut sterilitati terræ remedium adhibeatur non tamen erat terra sterilis, sed semina decocta erant causa sterilitatis, qui fructum non proferebant. Hic quoque, qui missus ad oraculum fuerat. Corruptus, ab ipsa nouerca. Nunciat peti sorte, ab ipso oraculo. Funera Phrixi iuuenis, mortem Phrixi. Cum sanguine Helles, cum morte etiam sororis. Aliqui legunt, Hic quoq; corruptus cum semine. tunc intelligas corruptum nuncium à nouerca uri, et corrupta dabat agricolis semina: nunciassetq; peti & mortem Helles, & Phrixi iuuenis. Ciues, Thebani scilicet, propter annonæ caritatem. Et tempus: ipsa sterilitas temporis, cum uideretur prouenire ex aeris intemperie. Et Ino, nouerca. Compuerant, quasi iam coegerant. Regem, Athamantem. Vsq; semper. Recusantem iussa nefanda pati, filiorum immolationem, quam ab oraculo iussam arguebant: licet ille semper recusasset, tandem pati coactus est. Et soror & Phrixus uelati tempora uittis. Helle misera cum Phrixo fratre habentes frontem uittis uelatam, ut moris est in sacrificijs talibus. ut apud Vergilium: Vittæq; deum, quas hostia gessi. Stant simul ante aras, ubi erant immolandi. Et gemunt fata iuncta, iunctam & eandem mortem: quia simul macerabantur. Mater: Nephele mater Phrixi & Helles. Aspicit hos, Phrixum & Hellem. Ut, sicut. Fortè pependerit æthere, & rectè pependerit aere: quia conuersa in nebulam, in aere pendet. & uisq; nebula est. Et ferit pectora nuda, pulsata nuda pectora. Manu attonita: nam ipsa attonita filiorum casu. Et desilit, descendit. In urbem draconigenam, Thebas in Bœotia, quas Cadmus posuit, qui in eo loco draconem interemit: ex cuius satis dentibus nati sunt, qui Cadmum in ea urbe condenda iuuerunt: ideo draconigenæ dicti. quanquam et auctor, hoc est ipse Cadmus, in draconem mutatus est. unde & alij draconigenam dictam urbem putant. Comitantes nimbis, imbris, qui inducunt nubem comitati sunt: quandoquidem imbres ab ipsis nubibus emittuntur. Et eripit suos natos, Phrixum & Hellem.

**AVL.** **Tostis seminibus, propter tosta, hoc est decocta semina.** Fraude sceleratæ nouercæ, dolo Inus uxoris Athamantis, nouerca Phrixi & Helles. Mittitur ad Tripodas, ad oraculum Apollinis Delphici, nam tripodæ mensæ fuerunt in templo Apolli-

**A** Inde ab ea ara, ubi maſtandi erant. Et ut capidi fugam, ut nouerca infidias effugiant. Traditur aries auro nitidissimus datur illis aries aurei uelleris. Ille, aries. Uebit duos, fert Phrixum & Hellem. Per freta longa, per maria ipsa. Fecit mina, Helle. Dicitur tenuisse cornu sinistra infirma, non firma sinistra manu: quia non ualida, quemadmodum dextera: ideo ex arietis ipsa delapsa est. Cum fecit nomina aqua de se. cum ab occasu suo dictus est Hellepontus, hoc est pontus Hel-

**ANTO** Gemini pericli, imo molationis, & transitus Hellepontii. Ceruleo deo, Neptuno, cuius Helle nymphea est. Lege Higinium, qui eam fabulatur a Neptuno fuisse compressam. Peruenit in Colchas aurea lana domos: ad Aetiam regem Colchorum, qui in Scythia sunt, qua labitur Phasis. Ferunt Arietem sibi pellem auream detraxisse ac dedisse Phrixo, causamemoriae, etiam ad sidera peruenisse. Tres ubi luciferos ueniens praemiserit eos, Te-

pora nocturnis aqua diurna feret. Duodecimo Calend. April. erit aequinoctium uernum, quod secundum Macrobius Plinium & Columellum est ad octauum Calend. April. quem diem Phryges Hilaria appellabant, celebrantes laetitiae exordium, cum speraret diem nocte longiorem. Romani (autore Festo) utrumque aequinoctium, aequidiale dixerunt, cum nox diei potius, quam dies nocti annumerari debeat: quae tempora raro non aliquos tempestatum significatus habent, teste Plinio. Tres autem Luciferos accipe, non a principio, sed a quinquatrium fine, tubilustrio in eo numero comprehenso. Sane Bos aurora est, quae a Graecis uos dicitur. Vnde nos in e longam uertentes, eos dicimus, & accipimus aliquando a parte totum: hoc est ab aurora diem, quod & Graeci faciunt: ut \*

**C.** Quod nos uerbum uerbo non reddentes, sic Latinum fecimus: Multum uenturi spes credula uendicat aui, Multa sed extremus truncat amice dies. Inde quater pastor saturos ubi clauserat haedos. Tertio Cal. April. Iano, Concordiae, Saluti ac paci rem diuinam faciebant, quae numina aptissime conueniunt. Prudentia enim quam Iano tribuunt, concordiam facit: concordia, salutem & pacem. Multae autem aedes Concordiae Romae a multis dicatae sunt. Lege Suetonium, Liuium, Plutarchum, & Apianum. Ab aede Salutis, dicta est porta Salutaris quae ei fuit proxima. Romanam autem Salutem uocat, quod pro incolumitate pop. Roman. ei sacra facerent. Auentino luna colenda iugo. Pridie Calend. April. Dianae in Auentino res diuina fieri consuevit, quo in monte Seruius Tullius Latinis populis persuasit, ut exemplo eorum qui Dianae Bphesiae aedem fecissent, & ipsi aedem Dianae aedificarent, quod fecerunt. Vnde illud est: Quaeque Auentinum tenet, Algidumque, quindecim Diana proces uirorum caret. Et illud: Phyllis Auentinae quaedam est uicina Dianae. Hac deam Auentinam nonnulli uolunt Lucinam dictam, cum Dianae suae Lunam Palatinam noctilucam uocarent, quod in Palatio (ut autor est Varro) eius templum noctu luceret. Suspendebantur in hac aede bouum cornua, non ceruorum, quod ibi Seruius rex, decepto quodam Antrone Coratio, bouem insigni specie ac pul-

les, mare illud angustum inter Aegeum, & Propontida, ubi totiens feliciore tempore congressi cum hoste sumus. \* Cum de se nomina fecit aqua: quando cecidit in Hellepontum, sed habet nomen ab *ἠαλῶνις*. \* Dum frater, Phrixus. Vult succurrere lapsae, ferre opem sorori, quae ceciderat in aquas. Et dum usque porrigit extensas manus, dum extendebat illi manus, ut eam iuuaret.

Penè simul perijt, dum uult succurrere lapsae  
Frater, & extensas porrigit usque manus.  
Flebat ut amissa gemini consorte pericli,  
Ceruleo iunctam nescius esse deo.  
Littoribus tactis aries fit sidus, & huius  
Peruenit in Colchas aurea lana domos,  
Tres ubi luciferos ueniens praemiserit eos,  
Tempora nocturnis aqua diurna feret.  
Inde quater pastor saturos ubi clauserat haedos,  
Canuerint herbae rore recente quater:  
Ianus adorandus, cum quo Concordia mitis,  
Et Romana Salus, araque Pacis erit:  
Luna regit menses, huius quoque tempora mensis  
Finit Auentino luna colenda iugo.

chritudine dicitur immo lasse, & eius cornua templo affixisse, ut tuba suis monumentis mandauit. Dianae Auentinae simul lacrum (ut scribit Strabo) Romani eodem modo disponentes, apud Mabilenses collocarunt, qui aliquando summa felicitate ex Romani populi amicitia floruerunt. Fuit & Romae templum Dianae, in angiportu qui Patricius dicebatur, cuius ingressu uiri abstinebant, ut Plutarchus in Quaestionibus tradit.

Penè, quasi. Perijt PAUL

simul, cum illa. nam & ipse in periculo fuit decidendi in aquas: Flebat, Phrixus. Ut amissa consorte, sorore, quae in eadem sorte fuerat. Gemini pericli: quia in eodem ambo periculo fuerant. Nescius, ipse Phrixus. Iunctam, sororem esse coniungam. Deo ceruleo, Neptuno, cerulei maris deo. nam decidens illa ab eo comprehensa, & in nympham mutata, unde in Argonauticis. Vittataque, constitit Helle, iam Panopes, Thetidisque soror. Tactis littoribus, postquam appulsi littori Phrixus. Aries fit sidus: quia detracta sibi pelle, caelo locatus est, & inter sidera relatus. Et aurea lana huius, autem ipsius arietis uellus. Peruenit in Colchas domos, ad Aetiam regem Colchorum. Colchi in Scythia accolae Phasidis, finitimi Heniochis, unde Iason postea uellus eripuit. Tres ubi luciferos: septimo Calendae Aprilis, hoc est uicesimo sexto die Martij, est aequinoctium uernum. Verum Florentinus princeps, inquit uernum aequinoctium esse octauo Calend. April. Autumnale octauo Calend. Octobr. exigua tamen differentia ex unius solum diei. Vbi, postquam. Veniens eos, ueniens aurora, nam uos aurora est. Praemiserit, antemiserit. Tres luciferos, tres dies ab ipso lucifero sic numeratos, triduum ab ultimo die quinquatrium, hoc est uicesimo tertio die, Martij erit uicesimo quinto die: deinde sequentem ostendit: sic uicesimo sexto die erit aequinoctium. Feret, ipsa aurora. Tempora diurna, aqua nocturnis: hoc est, diem adaequabit nocti, sic erit aequinoctium. Inde quater: quarto die post, non tamen numerata die aequinoctij, sed quatuor sequentibus diebus erit festum Iani, Concordiae, Saluti, & Pacis: quoniam his eo die sacrificatur. De Iano, Concordia & Pace dictum est in primo libro. Salutis autem aedes erat apud portam Salutarem: de qua Pomp. Festus: Salutaris, inquit, porta appellata est ab aede Salutis, quae ei proxima fuit. & Varro inquit: Collis Salutaris quatriceps os aduersum est Pylonoris aedem Salutis. & Tranqu. inquit de Augusto loquens: Nonnulla etiam ex antiquis caerimonijs paulatim aboleta restituit: ut Salutis augurium, Diale flaminum, &c. Inde, ubi, postquam. Pastor quater clauserat haedos saturos: ut serpi quater reducerit & pasuis, & incluserat capellas. Et herba quater canuerint, albescent.

A *scnt.* Rore recente, gelido. Hac periphrasi à reductione ca-  
 pellarum, & rore, uespertinum & matutinum tempus signifi-  
 cat. Quater: sic quatuor ortus & occasus. ergo post quatri-  
 duum, hoc est, trigesimo die Martij. Ianus erit adorandus, sa-  
 crificandum erit Iano. Cum quo, Iano. Erit mitis Concor-  
 dia adoranda, scilicet & illi est immolandum. Et Salus Ro-  
 mana: nam in æde Salutis pro salute populi erecta litandum.  
 Et ara Pacis: ubi etiam peragenda eo die sacrificia. Luna re-  
 git menses. Pridie calendæ Aprilis, hoc est ultimo die Martij, fe-  
 stum est Dianæ, cui in Auentino sacrificatur. Seruius enim Tul-  
 lius sextus Romanorum rex, Latinorum populis persuasit, uti  
 exemplo eorum qui Dianæ Epheusæ ædem fecissent, & ipsi æ-  
 dem Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effecto, bos quedam

Sabino miræ magnitudinis nata est. Responsum datum, eum po-  
 pulum summam imperij habiturū, cuius cuius bouem illam immo-  
 lasset. Sabinus bouē in Auentinū egit, & causam sacerdoti Romæ  
 exposuit. Ille callidus dixit, prius eum uiuo flumine manus ablu-  
 re debere. Sabinus dum ad Tybrim descendit, sacerdos Romæ bo-  
 uem immolauit. Ita imperium ciuibus, sibi gloriam factio consi-  
 lioq; quaesuit, & c. Luna regit menses. De hoc à principio di-  
 ximus, quod menses à Luna computantur, & principia mensium  
 illi sunt consecrata, cum eandem Iunonem & Lunam esse puta-  
 rent. Huius quoq; mensis Martij. Finit tempora: nam ulti-  
 mus dies est illi sacer. Luna, hoc est, ipsa Diana. Est colen-  
 da iugo Auentino, in mōte Auentino, ubi est illi templū à Romanis  
 pariter et Sabinis erectū. est igitur eo die Dianæ sacrificandum.

FASTORVM LIBRI TERTII FINIS.

P OVIDII NASONIS FASTORVM  
 LIBER QVARTVS.

B  
 NTO.



L M A faue, dixi, geminorum mater amo-  
 rum. Non rectè sensu Bratosthenes, qui poe-  
 mata ad mentem & intelligentiam iudican-  
 da non cōsuet: perinde ac si poetæ omnes non  
 docendi, sed oblectandi gratia scripserint. cum  
 contrā sapiētissimi uiri primum quandā phi-  
 losophiam poeticā esse dixerint, & Homeri poema nihil esse a-  
 liud quā studium sapientiæ. Vnde poetarum figmētia non sunt

Venerē, sed et alia numina utriusq; sexus participationē habere.  
 Sunt qui putant Romulū altiore prudentia ita primos ordinasse  
 menses, ut cum præcedēs Marti esset dicatus, deo plerunq; homi-  
 num necatori, secundus Veneri dicaretur, quæ uim eius quasi be-  
 nefica leniret. Nam cum in duodecim signis zodiaci primum si-  
 gnum Aries Marti assignatus sit, sequēs, id est Taurus, Venerem  
 accepit. Lege Macrobiū. Dicitur autē Venus geminorū Cupidi-  
 num mater. Sed scripserunt quidā, plures esse Veneres, pluresq;

semper accipiendā sim-  
 pliciter, sed altius inspi-  
 ciendā, quā quidā opi-  
 nentur. Ut ecce quod ad  
 hunc locū attinet, igneū  
 semen è celo cecidisse in  
 mare poetæ finxerunt,  
 & Venerem natā è spu-  
 mis. Quod nihil aliud si-  
 gnificari, quā ignem  
 & aquam duplicē causam esse nascendi. Vnde Aries calidus &



L M A faue, dixi, geminorum ma-  
 ter amorum:  
 Ad uatē uultus rettulit illa suos.  
 Quid tibi, ait, mecum? certè modò  
 festa canebas.  
 Num uetus in molli pectore uul-  
 nus habes?

Cupidines. ut Cicero,  
 qui duas Veneres tra-  
 dit, & tres Cupidines:  
 primū ex Mercurio &  
 Diana genitū, secundum  
 ex Mercurio & secūda  
 Venerē: tertium, quem  
 Anteron dicūt. Alij hāc  
 Venerem, quam ex testi-  
 bus Cœli, & maris spu-

C humidas, ut dictū est, inter signa zodiaci obtinuit principatum:  
 quod tamen multi calidū esse, atq; aridum tradunt. Eam ob cau-  
 sam maiores nostri Aprilē mensem, quo nitent arua segetibus,  
 prata herbis, arbores folijs, & ex cōiunctione ignis & humoris  
 omnia procreantur, Veneri dicauerunt. Eumq; mensem Fuluius  
 & Iunius Gracchus, teste Varr. aliq; nonnulli quasi Aphrilem  
 nominatū existimauerunt, à spuma, quam Græci aphron uocant.  
 unde Aphrodite Venus à Græcis dicitur, quā nostri Cœligenam  
 uocarunt, ut idem Varro autor est. quāuis Plutar. in Numa ideo  
 Aprilē à Venere dixerit nominatū, quod eo mense & deæ sa-  
 crificant, & ad calendæ mulieres lauant myrto coronatæ. Cin-  
 gius aut in libro quem de Fastis reliquit (ut scribit Macrobi.) ait  
 imperitē quosdā opinari, antiquos hunc mensem à Venere nomi-  
 nasse: cum nullus dies festus, nullumq; sacrificiū insigne Veneri  
 per hunc mensem fuerit constitutū. Cui Cingio Varro consentit,  
 affirmans Veneris nomē ne sub regibus quidē apud Romanos la-  
 tinum uel græcū fuisse. Ideoq; non potuisse Aprilē à Venere no-  
 minari, sed ab apericōdo dici magis putandū, quasi Aperile: quod  
 uerna tēperie arridente (ut ait Plutar.) plantarū germina ape-  
 riantur, ceteraq; quæ cōtinet terra. Sciendū tamen, non negare

ma genitam, Aphroditē uocant, geminorū Cupidinum matrem  
 dicunt, ut, Diua non miti generata ponto, Quam uocant matrem  
 geminus Cupido. Hinc illud est Sily: Cum sic suspirans roseo Ve-  
 nus ore decoros Alloquitur natos. Horum alter uoluptatis est,  
 quem Diogenes dicere solebat uacantium occupationem. Alter  
 pietatis. Ille enim turpis est, de quo ait Virg. in Bucol. Nunc ino-  
 sanus amor duri me Martis in armis, Tela inter media, atq; ad-  
 uersos detinet hostes. Ille pius, de quo in 1. Aeneid. Neq; enim pa-  
 tris consistere mentem Passus amor. Plato duplicem amorē esse  
 dixit, alterum terrestre atq; uulgarem: alterum cœlestem, singu-  
 larem, ac planè diuinum. Et hunc quidem esse omni studio ac di-  
 ligentia expetendum: illum uitandum, tanquam humano generi  
 perniciosum. Idemq; hunc cœlestem amorem, fauorem etiam uo-  
 cat, sed sanctum, ac diuino quodam instinctu proueniētiem. Sa-  
 gittarum Cupidinis alterā ideo auratā fingi arbitramur, quod  
 pulchritudo sēpissimè amorē facit, uel quod aurum est calidum  
 & humectum: nam quod auro amor conciliari soleat, ut, Aurea  
 nunc uerè sunt secula, plurimus auro Venit honos, auro concilia-  
 tur amor. Licet uerum sit, ut ad id figmentum attineat, non pu-  
 tarim. Altera uerò, quæ sugari amorem fabulantur, ideo plum-  
 bum habet, mea sententia, quod constat adalligatis lumborum et  
 renum parti plumbi laminis, ob eius frigiditatem impetus Vene-  
 ris inhiberi, auctore Plinio. Sanè alma Venus ab alendo sic dici-  
 citur, ut alma Ceres, almus ager. Aluntur enim per Venerem a-  
 nimalia, hoc est, propagantur, & seruantur species, quamuis  
 pereant

D Verrium Flaccum (teste Macrobi.) postea constitutū esse, ut hoc  
 mense matronæ Veneri sacriū facerent, quæ dea & mas & fœ-  
 mina putabatur. Vnde legimus, Aristophanē eam Aphroditon  
 appellasse, quāuis (ut scribit Seruius) nonnulli dicant non solum